Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Publij Virgilij Maronis Mantuani Georgica

Vergilius Maro, Publius

Phorce, 1507

urn:nbn:de:bsz:31-114135

Visual Library

42
A 1213
RH

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Pc 1254 a
42 A 1213 RH

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Colet 1885, nr. 241.
42 A 1213
P. Vergilius M.

# Publij Virgilij Maronis
## Mantuani Georgica.

GROSSH. BAD. HOF- u. LANDES-BIBLIOTHEK
Z0

TETRASTICHON OVIDII IN
Geor.librum primum.

Quid faciat lętas ſegetes, quę ſydera ſeruet
Agricola, ut facilem teram proſcindat aratris:
Semina quo iaciendo modo, cultuſq́ꝫ locorum
Edocuit, meſſes magno cum fœnore reddi.

Argumẽtum primi Georgico, Ad Mecœnatem ſcribit hoc Georgicon opus, quattuor libris digeſtum. In primo de agro ſationali. Secundo de conſito. Tertio de paſcuo, & Quarto de florido tractat. Heſiodũ gręcũ imitat̃. Character didaſcalicus eſt. figura dicendi mediocris. Propoſitio & inuocatio om̃ibus libris eſt cõmunis Auguſto in principio & in fine aſſentat̃. Primũ enumeratis uarijs terrę qualitatibus, quo tp̃e anni queq́ꝫ aranda, & quõ ſtercoranda, maceranda, irriganda, recreanda ſit docet. Deinde in fabulã expatiatus, quare nihil mortalibus ſine ſũma ĩduſtria datũ ſit oſtendit. Deinde arma ruſticana qua materia & qua ratione in tempore pręparari debeant monſtrat. Tum terra ſubacta quę incõmoda, quomodo arceri debeant pręcipit. Poſt ſemina ipſa quẽadmodũ tractanda & qñ terrę cõmittenda ſint aperit. Deinde ruſticam aſtrologiã tradit. Quid per tempeſtatẽ & feſtos dies ruſtico interim faciendũ. Lunę quoq́ꝫ in rebus agẽdis obſeruationẽ docet Quid rectius noctu, qd interdiu fiat quid eſtate, quid hyeme. Dehinc uentorũ & pluuię prognoſtica ex uarijs indicijs docet. Hĩc occaſionem nactus in Cęſaris laudem digreditur. Auguſtoq́ꝫ blanditur.

Vid faciat lętas ſegetes,quo ſydere terram
q Vertere mecœnas, ulmiſq; adiūgere uites
Cōueniat,q̄ cura boum,qs cultus habēdo
Sit pecori,atq; apibus quanta experientia parcis,
Hinc canere incipiam,Vos o clariſſima mundi
Lumina,labentem cœlo quę ducitis annum
Liber & alma Ceres,ueſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta
Poculaq; inuentis Acheloia miſcuit uuis
Et uos agreſtum pręſentia numina Fauni
Ferte ſimul,Fauniq; pedem Dryadeſq; puellę
Munera ueſtro cano,tuq; o cui prima frementem
Fudit equum,magno tellus percuſſa tridenti
Neptune,& cultor nemorū,cui pinguia Ceę
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.
Ipſe nemus linquens patrium,ſaltuſq; licęi.
Pan ouium cuſtos(tua ſi tibi Męnala curę)
Adſis,o Tegeeę fauens,oleęq; Minerna
Inuentrix,unciq; puer monſtrator aratri
Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum
Dijq; deęq; omnes ſtudium quibus arua tueri
Quiq; nouas alitis nonnullo ſemine fruges
Quiq; ſatis largum,cœlo demittitis imbrem
Tuq; adeo quem mox quę ſint habitura deorum
Concilia,incertum eſt,urbis ne inuiſere Cæſar.
Terrarumq; uelis curam,& te maximus orbis
Auctorem frugum,tempeſtatumq; potentem

Propoſitio totiuſ operis cū enumeratiōe partium.
Inuocatio numinum ruſticorū.
Epithetō
Vt ppoſitio oīm librorū argumentū cōplectebatur ita inuocatio gňalis eſt.
Circuitio.
Neptunū ſignificat.
Cæa īſula eſt ęgei
Ariſteum ſignificat.
Oſyam ſignificat.
Auguſtū cęſarē īuocat.

Accipiat, cingens materna tempora myrto.

Hucuſq; primum coma.

An deus immenſi uenias maris, ac tua nautę
Numina ſola colant, tibi ſeruiat ultima Thyle.
Teq; ſibi generum Tethys emat omnibus undis
An ne nouum tardis ſidus te menſibus addas.
Qua locus Erigonen inter chelaſq; ſequentes
Panditur, ipſe tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli iuſta plus parte relinquit.

Longa parentheſis.

Quidquid eris (nam te nec ſperent tartara regem.
Nec tibi regnandi ueniat tam dira cupido.
Quamuis Elyſios miretur Gręcia campos.
Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem)
Da facilem curſum, atq; audacibus annue ceptis.
Ignaroſq; uię mecum miſeratus agreſtes

Narratio cũ deſcriptiõe tpis. Qñ arãdũ Periphraſis.

Ingredere, & uotis iam nunc aſſueſce uocari
Vere nouo gelidus canis cũ montibus humor
Liquitur, & çephyro putris ſe gleba reſoluit.
Depreſſo incipiat iam tunc mihi taurus aratro
Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere uomer.
Illa ſeges, demum uotis reſpondet auari
Agricolæ, bis quę ſolem bis frigora ſenſit
Illius immenſę ruperunt horrea meſſes.

Non omĩs tellus eodẽ colẽda modo.

Ac prius ignotum ferro quã ſcindimus ęquor
Ventos, & uarium cœli prędiſcere morem
Cura ſit, ac patrios cultuſq; habituſq; locorum.
Et quid quęq; ferat regio, & quid quęq; recuſet

diſtributõ

Hic ſegetes, illic ueniunt fœlicius uuę.

Arborei fœtus alibi,atq́ iniuſſa uireſcunt
Gramina,nõne uides croceos ut Tmolus odores? Tmolus mõs cilicię
India mittit ebur,molles ſua tura Sabei. Sabei ppl'i iuxta ſyriã & Arabiã
At Calybes nudi ferrum, uiroſaq́ pontus
Caſtorea,Heliadũ palmas Epiros equarum.
Continuo has leges,ęternaq́ fœdera,certis
Impoſuit natura locis,quo tempore primum
Deucalion,uacuũ lapides iactauit in orbem.
Vnde homines nati durũ genus,ergo age terrę
Pingue ſolum primis extemplo a menſibus anni Pinguis ager ſubĩ arandus
Fortes inuertant tauri,glebaſq́ iacentes
Puluerulenta coquat,maturis ſolibus ęſtas.
At ſi non fuerit tellus fœcunda,ſub ipſum
Arcturum,tenui ſat erit ſuſpendere ſulco. Infœcundus ager ſub autũnũ pſcindendus
Illic officiant lętis ne frugibus herbę
Hic ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam
Alternis idem tonſas ceſſare nouales.
Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum De nouali bus uarie recreãdis.
Aut ibi flaua ſeres mutato ſydere farra
Vnde prius lętum ſiliqua quaſſante legumen Interquieſcat ager
Aut tenues fœtus uicię,triſtiſq́ lupini Euitanda ſementis
Suſtuleris fragiles calamos,ſyluamq́ ſonantem
Vrit enim lini campum ſeges,urit auenę
Vrunt letheo perfuſa papauera ſomno.
Sed tamen alternis facilis labor,arida tantum
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola,ne ue Stercorãdus ager.
Effœtos cinerem immundũ iactare per agros. Ratio

Sic quoqꝫ mutatis requieſcuut fœtibus arua.
Nec nulla interea eſt inaratę gratia terrę.

Incenden dus ager
Coniectu rę rationũ phyſicarũ
Exudat ꝑ exudatur.

Sępe etiam ſteriles incendere profuit agros
Atqꝫ leuem ſtipulã crepitantibus urere flammis.
Siue inde occultas uires, & pabula terrę
Pinguia concipiunt, ſiue illis omne per ignem
Excoquitur uiciũ, atqꝫ exudat inutilis humor.
Seu plures calor ille uias, & cęca relaxat
Spiramenta, nouas ueniet quas ſuccus in herbas
Seu durat magis, & uenas aſtringit hiantes
Ne tenues pluuię, rapidi ue potentia ſolis
Acrior, aut boreę penetrabile frigus adurat.

raſtris frã gendę gle bæ.

Multũ adeo raſtris glebas qui frangit inertes
Vimineaſqꝫ trahit crates, iuuat arua, neqꝫ illum
Flaua ceres alto nequicqꝫ ſpectat olympo.
Et qui proſciſſo quę ſuſcitat ęquore terga
Rurſus in obliquum uerſo prorumpit aratro.
Exercetqꝫ frequens tellurẽ, atqꝫ imperat aruis.

Cuiuſmõi cœlũ optã dum.
autumnuſ & hyems ſerena.
ver & eſtaſ humida.
Mœſia ciuitaſ phrygiæ
Gargara

Humida ſolſticia, atqꝫ hyemes optate ſerenas
Agricolę, hyberno lętiſſima puluere farra.
Lętus ager, nullo tantum ſe Mœſia cultu
Iactat, & ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.
Quid dicam iacto qui ſemine cominus arua
Inſequitur, cumuloſqꝫ ruit male pinguis harenę
Deinde ſatis fluuiũ inducit, riuoſqꝫ ſequentes
Et cum exuſtus ager morientibus ęſtuat herbis
Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis undam

Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, ſcatebriſq; arentia temperet arua.
Quid? qui ne grauidis ꝓcumbat culmus ariſtis
Luxuriem ſegetũ tenera depaſcit in herba.
Cum primũ ſulcos ęquant ſata, quiq; paludis
Collectũ humorem bibula deducit harena.
Pręſertim incertis ſi menſibus amnis abundans
Exit, & obducto late tenet omnia limo.
Vnde cauę tepido ſudant humore lacunę.
Nec tñ hęc cum ſint hominũq;, boumq; labores
Verſando terram experti, nihil improbus anſer
Strymonięq; grues, & amaris intyba fibris
Officiunt, aut umbra nocet, Pater ipſe colendi
Haud facilẽ eſſe uiam uoluit, primuſq; per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda.
Nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno.
Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni.
Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quęrebant, ipſaq; tellus
Omnia liberius nullo poſcente ferebat
Ille malum uirus ſerpentibus addidit atris
Prędariq; lupos iuſſit, pontumq; moueri
Mellaq; decuſſit folijs, ignemq; remouit
Et paſſim riuis currentia uina repreſſit
Vt uarias uſus meditando excuderet artes.
Paulatim & ſulcis frumenti quęreret herbam.
Et ſilicis uenis abſtruſum excuderet ignem.

De cohibenda luxurię ſoli.

Epithetõ

Incerti menſes

Excitat attentiõem ab ipſa rei difficl'tate

Induſtriã ab inopia excitari.

Excurrit ĩ fabuloſã deſcriptionem.

Ita exitus rerꝫ ponũt ut quæ añ facta ſint ĩtelligant.

Ignis inuẽtio.

Inuēta nauigatio — Tunc alnos primum fluuij ſenſere cauatas.
Nauita tum ſtellis numeros, & nomina fecit
Inuenta Aſtrologia. — Pleiadaſq;, hyadas, claramq; lycaonis arcton.
Venatio — Tum laqueis captare feras, & fallere uiſco
Inuentũ, & magnos canibus circumdare ſaltus.
Piſcatio. — Atq; alius latum funda iam uerberat amnem
Alta petens, pelagoq; alius trahit̃ humida lina.
Arma ferrea. — Tum ferri rigor, atq; argutę lamina ferrę
Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum.
Sentētia — Tum uarię uenere artes, labor omnia uincit
Improbuſ .i. ingens — Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.
Ceres aratiõis monſtratrix — Prima ceres ferro mortales uertere terram
Inſtituit, cum iam glandes, atq; arbuta, ſacrę
Deficerent ſyluæ, & uictum Dodona negaret.
Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Eſſet rubigo, ſegniſq; horreret in aruis
Carduus, intereunt ſegetes, ſubit aſpera ſylua.
Lappęq; tribuliq;, interq; nitentia culta
Infœlix lolium, & ſteriles dominantur auenę.
Quod niſi & aſſiduis terram inſectabere raſtris.
Et ſonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premas umbras, uotiſq; uocaueris imbrem
Heu magnũ alterius fruſtra ſpectabis aceruũ
Concuſſaq; famem in ſyluis ſolabere quercu.
De inſtrumētis agricolanis — Dicendũ & quę ſint duris agreſtibus arma.
Quis ſine nec potuere ſeri, nec ſurgere meſſes
Vomis, & inflexi primum graue robur aratri.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tardaq; Eleuſinę matris uoluentia plauſtra
Tribulaq;,traheęq; & iniquo pondere raſtri.
Virgea pręterea Celei,uiliſq; ſupellex
Arbuteę crates,& myſtica uannus Iacchi.
Omnia quę multo ante memor prouiſa repones
Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuo in ſyluis magna ui flexa domatur
In burim,& curui formam accipit ulmus aratri.
Huic a ſtirpe pedes temo,protentus in octo
Binę aures,duplici aptantur dentalia dorſo
Ceditur & tilia ante iugo leuis,altaq; fagus
Stiuaq; quę currus a tergo torqueat imos.
Et ſuſpenſa focis exploret robora fumus.
Poſſum multa tibi ueterum pręcepta referre
Ni refugis,tenueſq; piget cognoſcere curas.
Area tum primum ingenti eſt ęquanda cylindro.
Et uertenda manu,& cręta ſolidanda tenaci
Ne ſubeant herbę,neu puluere uicta fatiſcat.
Tum uarię illudunt peſtes,ſępe exiguus mus
Sub terris poſuitq; domos,atq; horrea fecit.
Aut oculis capti fodere cubilia talpę.
Inuentuſq; cauis bufo,& quę plurima terrę
Monſtra ferunt,populatq; ingentem farris aceruū
Curculio,atq; inopi metuens formica ſenectę.
Cōtemplator item,cum ſe nux plurima ſyluis
Induet in florem & ramos curuabit olentes.
Si ſuperant fœtus,pariter frumenta ſequentur.

> Epētheſis

> Materia aratro deligenda.

> Excitatio attentiōis

> Quō parā da area

> Hyſteron Protherō

> Epithetō

> Prognoſticon anni ſterilis uel fœcūdi

Magnaq; cum magno ueniet tritura calore.
At ſi luxuria foliorum exuberat umbra
Ne quicq; pingues paleę teret area culmos.
De adiuuandis ſeminibus leguminũ
Semina uidi equidem multos medicare ſerentes
Et nitro prius,& nigra perfundere amurca
Grandior ut fœtus ſiliquis fallacibus eſſet.
Et quãuis igni exiguo properata maderent.
Vidi lecta diu & multo ſpectata labore
Degenerare tamen,ni uis humana quotannis
Sententia
Maxima queq; manu legeret,ſic omnia fatis
In peius ruere,ac retro ſublapſa referri.
Siľitudo
Non aliter quã qui aduerſo uix flumine lembum
Remigijs ſubigit,ſi brachia forte remiſit
Aſtrologia ruſtico neceſſaria.
Atq; illum in pręceps prono rapit alueus amni.
Præterea tam ſunt arcturi ſydera nobis
Hędorumq; dies ſeruandi & lucidus Anguis
Quã quibus in patriã uentoſa per ęquora uectis
Pontus,& oſtriferi fauces tentantur Abydi.
Qñquicq; ſerendum
Libra dies ſomniq; pares ubi fecerit horas
Et mediũ luci,atq; umbris iam diuidit orbem
Dies gtiuſ priſcus & uerus.
Exercete uiri tauros,ſerite ordea campis
Vſq; ſub extremũ brumæ intractabilis imbrem.
Nec non & lini ſegetem,& Cereale papauer
Tẽpus humo tegere, & iamdudũ incũbere aratris
Dum ſicca tellure licet,dum nubila pendent.
Fabę qñ ſerendę.
Vere fabis ſatio, tum te quoq; medica putres
Accipiunt ſulci,& milio uenit annua cura.

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus,& aduerſo cedens canis occidit aſtro.
At ſi triticeam in meſſem,robuſtaqꝫ farra
Exercebis humum,ſoliſqꝫ inſtabis ariſtis
Ante tibi eoę Atlantides abſcondantur
Gnoſiaqꝫ ardentis decedat ſtella coronę
Debita quã ſulcis committas ſemina,quamqꝫ
Inuitę properes anni ſpem credere terrę.
Multi ante occaſum Maię cepere,ſed illos
Expectata ſeges uanis eluſit auenis
Si uero uiciamqꝫ ſeres,uilemqꝫ phaſellum
Nec peluſiacę curam aſpernabere lentis
Haud obſcura cadens mittet tibi ſigna Bootes
Incipe,& ad medias ſementem extende pruinas.
Iccirco certis dimenſum partibus orbem
Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra.
Quinqꝫ tenent cœlũ zonę,quarum una coruſco
Semper ſole rubens,& torrida ſemper ab igni
Quam circum,extremę dextra lęuaqꝫ trahuntur
Cęrulea glacie concretę,atqꝫ imbribus atris
Has inter,mediamqꝫ,duę mortalibus ęgris
Munere conceſſę diuum,& uia ſecta ꝑ ambas
Obliquus qua ſe ſignorum uerteret ordo.
Mundus ut ad Scythiã,Ripheaſqꝫ arduus arces
Conſurgit,premitur libyę deuexus in auſtros.
Hic uertex nobis ſemper ſublimis,at illum
Sub pedibus ſtyx atra uidet,maneſqꝫ profundi.

triticũ qñ ſerendum Spõdaiſat

Cœli diſtictio ꝑ ſigna & cingulos.

Epithetõ.

Boreas

Polus meridionalis

Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis
Circum, perq; duas in morem fluminis arctos.
Arctos oceani metuentes ęquore tingi.
Illic (ut perhibent) aut intempeſta ſilet nox
Semper, & obtenta denſantur nocte tenebræ.
Aut redit a nobis aurora, diemq; reducit
Noſq; ubi primus equis oriens afflauit anhelis.
Illic ſera rubens oſtendit lumina ueſper.
Hinc tempeſtates dubio prędiſcere cœlo
Poſſumus, hinc meſſiſq; diem, tempuſq; ſerendi.
Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat, quando armatas deducere claſſes.
Aut tempeſtiuam ſyluis euertere pinum.
Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur, & ortus
Temporibuſq; parem diuerſis quattuor annum.
Frigidus agricolam ſi quando continet imber.
Multa forent quæ mox cœlo ꝓperanda ſereno
Maturare datur, durum procudit arator
Vomeris obtuſi dentem, cauat arbore lyntres.
Aut pecori ſignum, aut numeros impreſſit aceruis
Exacuunt alij uallos, furcaſq; bicornes
Atq; amerina parant lentę retinacula uiti.
Nunc facilis rubea texatur fiſcina uirga.
Nunc torrete igni fruges nunc frangite ſaxo.
Quippe etiam feſtis quędã exercere diebus
Fas & iura ſinunt, riuos deducere nulla
Relligio uetuit, ſegeti prętendere ſepem

quę paret iterim ruſticus dũ a ruſtico opere prohibetur.

quid feſtiſ diebus ruſtico agendum.

Inſidias auibus moliri, incendere uepres
Balantumq́ gregem fluuio merſare ſalubri.
Sępe oleo tardi coſtas agitator aſelli
Vilibus aut onerat pomis, lapidemq́ reuertens
Incuſum, aut atrę maſſam picis urbe reportat.
Ipſa dies alios alio dedit ordine luna
Fœlices operum, quintam fuge, pallidus Orcus
Eumenideſq́ ſatę tum partu terra nephando
Cœumq́ Iapetumq́ creat, ſęuumq́ Typhoea
Et coniuratos cœlum reſcindere fratres

*Obſeruatio dierũ fœliciũ & in fœliciũ.*
*Fabula gygantum.*

Conati ter ſunt imponere Pelio oſſam
Scilicet atq́ Oſſę frondoſum inuoluere Olympũ.
Ter pater extructos diſiecit fulmine montes.
Septima poſt decimã fœlix, & ponere uites
Et prenſos domitare boues, & licia telæ
Addere, noua fugę melior, contraria furtis.
Multa adeo melius gelida ſe nocte dedere.
Aut cum ſole nouo terras irrorat eous
Nocte leues ſtipulę melius, nocte arida prata
Tondentur, noctis lentus non deficit humor.

*Noctu q̃dam rectius q̃ interdiu fieri.*
*Repetitio*

Et quidam ſeros hyberni ad luminis ignes
Peruigilat, ferroq́ faces inſpicat acuto.
Interea longum cantu ſolata laborem
Arguto coniunx percurrit pectine telas.
Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem.
Et folijs undam tepidi deſpumat aheni.
At rubicanda Ceres medio ſuccidituŕ æſtu

Quę inter diurectiuſ fiant.

Et medio toſtas ęſtu terit area fruges.
Nudus ara, ſere nudus, hyems ignaua colono.
Frigoribus parto agricolæ plęrumqꝫ fruuntur
Mutuaqꝫ inter ſe lęti conuiuia curant.
Inuitat genialis hyems curaſqꝫ reſoluit.

Cōparatō

Ceu preſſę cum iam portum tetigere carinę
Puppibus & lęti nautę impoſuere coronas

Quid hyeme ruſticis faciendum.

Sed tñ & quernas glandes tūc ſtringere tempus.
Et lauri baccas, oleamqꝫ, cruentaqꝫ myrta.
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis
Auritoſqꝫ ſequi lepores, tum figere damas
Stupea torquentem balearis uerbera fundę
Cum nix alta iacet, glaciem cū flumina trudunt.

de autumno.

Quid tempeſtates autumni, & ſidera dicam?
Atqꝫ ubi iam breuiorqꝫ dies, & mollior ęſtas.
Quę uigilanda uiris, uel cū ruit imbriferum uer
Spicea iam campis cum meſſis inhorruit, & cum
Frumenta in uiridi ſtipula lactantia turgent.
Sępe ego cum flauis meſſorem induceret aruis
Agricola, & fragili iam ſtringeret ordea culmo

Poetica deſcriptio tēpeſtatis.

Omnia uentorum concurrere prelia uidi.
Quę grauidam late ſegetem ab radicibus imis
Sublime expulſam eruerent, ita turbine nigro
Ferret hyems culmūqꝫ leuem, ſtipulaſqꝫ uolantes
Sępe etiam immenſum cœlo uenit agmen aquarū
Et fœdam glomerāt tempeſtatem imbribus atris
Collectę ex alto nubes, ruit arduus æther.

Et pluuia ingenti ſata lęta boumq; labores.
Diluit, implentur foſſę, caua flumina creſcunt
Cum ſonitu, feruetq; fretis ſpirantibus ęquor.
Ipſe pater media nimborum in nocte coruſca
Fulmina molitur dextra, quo maxima motu
Terra tremit, fugere ferę, & mortalia corda
Per gentes humilis ſtrauit pauor, ille flagranti
Aut athon, aut Rhodopē, aut alta Ceraunia telo
Deijcit, ingeminãt auſtri, & denſiſſimus imber.
Nunc nemora ingenti uento, nũc littora plangunt
Hoc metuens, cœli menſes, & ſidera ſerua
Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet.
Quos ignis cœlo Cyllenius erret in orbes.
Imprimis uenerare deos, atq; annua magnę
Sacra refer Cereri, lętis operatus in herbis
Extremę ſub caſu hyemis, iam uere ſereno
Tunc agni pingues, & tunc molliſſima uina
Tunc ſomni dulces, denſęq; in montibus umbrę
Cuncta tibi cererem pubes agreſtis adoret.
Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho.
Terq; nouas circum fœlix eat hoſtia fruges.
Omnis quam chorus, & ſocij comitent̄ ouantes
Et cererem clamore uocent in tecta, neq; ante
Falcem maturis quiſq; ſupponat ariſtis.
Quam cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompoſitos, & carmina dicat.
Atq; hęc ut certis poſſimus diſcere ſignis.

Ponit rem añ oculos ĩpo carminis ſono.

Athos mons grę cię, rhodo de thracię Ceraunia montes epiri.

Redit ad rē ꝓpoſitã

Vere ieũ-te qd ruſtico faciēdũ

Aeſtuſq́ꝫ, pluuiaſq́ꝫ, & agentes frigora uentos
Ipſe pater ſtatuit, quid menſtrua luna moneret.
Quo ſigno caderent auſtri quod ſępe uidentes
Agricolę, propius ſtabulis armenta tenerent.
Indiciũ futuri uenti
Continuo uentis ſurgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumeſcere, & aridus altis
Montibus audiri fragor, aut reſonantia longe
Littora miſceri, & nemorũ increbreſcere murmur
Iam ſibi tum curuis male temperat unda carinis
Cum medio celeres reuolant ex ęquore mergi.
Clamorẽq́ꝫ ferunt ad litora, cunq́ꝫ marinæ
In ſicco ludunt fulicę, notaſq́ꝫ paludes
Deſerit, atq́ꝫ altam ſupra uolat ardea nubem.
Sępe etiam ſtellas uento impellente uidebis
alia ĩdicia e cœlo.
Pręcipites cœlo labi, noctiſq́ꝫ per umbras
Flammarũ longos a tergo albeſcere tractus
Sępe leuem paleam, & frondes uolitare caducas.
Indicia pluuię impendẽtis
Aut ſumma nantes in aqua colludere plumas.
Aut boreę de parte trucis cum fulminat, & cum
Euriq́ꝫ &, zephyriq́ꝫ tonat domus, omnia plenis
Rura natant foſſis, atq́ꝫ omnis nauita ponto
Ex auibus
Humida uela legit, nũq́ꝫ imprudentibus imber
Offuit, aut illum ſurgentem uallibus imis
Aerię fugere grues, aut bucula cœlum
E pecoribus.
Suſpiciens, patulis captauit naribus auras.
E ranis.
Aut arguta lacus circũuolitauit hirundo.
Et ueterem in limo ranę cecinere querelam.

Sepius & tectis penetralibus extulit oua
Anguſtum formica terens iter, & ingens E formicis
Arcus, & epaſtu decedens agmine magno
Coruorũ increpuit denſis exercitus alis.
Iam uarias pelagi uolucres, & quę aſia circum Aſia priã
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri. producta
Certatim largos humeris infundere rores. lacus eſt
Nunc caput obiectare fretis, nũc currere in undas ex caſtro ductus
Et ſtudio incaſſum uideas geſtire lauandi.
Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce
Et ſola in ſicca ſecum ſpaciatur harena.
Nec nocturna quidem carpentes penſa puellę Domeſti-
Neſciuere hyemem, teſta cum ardente uiderent ca ſigna.
Scintillare oleum, & putres concreſcere fungos.
Nec minus ex imbri ſoles & aperta ſerena Prognoſti
Proſpicere, & certis poteris cognoſcere ſignis. cõ futuræ
Nam neq; tum ſtellis acies obtuſa uidetur. ſerenitatiſ
Nec fratris radijs obnoxia ſurgere luna. E cœlo.
Tenuia nec lanę per cœlum uellera ferri
Non tepidũ ad ſolem pennas in littore pandunt
Dilectę Thetidi Halcyones, non ore ſolutos Ex auibus
Immundi meminere ſues iactare maniplos.
At nebulę magis ima petunt, campoq; recumbunt
Solis & occaſum ſeruans de culmine ſummo
Nequicq; ſeros exercet noctua cantus. Noctua.
Apparet liquido ſublimis in aere Niſus. Niſus
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. Scylla

Quacũq; illa leuem fugiens ſecat,ęthera pennis
Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus,qua ſe fert Niſus ad auras.
Illa leuem fugiens raptim ſecat ęthera pennis.

Coruus:

Tum liquidas corui,preſſo ter gutture uoces
Aut quater ingeminant,& ſępe cubilibus altis
Neſcio qua pręter ſolitum dulcedine lęti
Inter ſe folijs ſtrepitant,iuuat imbribus actis
Progeniem paruam,dulciſq; reuiſere nidos.

Vñ muta tẽpeſtatẽ pſentiant.

Haud equidem credo,quia ſit diuinitus illis
Ingeniũ,aut rerum fato prudentia maior.
Verum ubi tempeſtas,& cœli mobilis humor
Mutauere uias,& Iupiter humidus auſtris
Denſat,erant quę rara modo,& q̃ denſa relaxat.
Vertuntur ſpecies animorũ,& pectora motus
Nunc alios,alios dum nubila uentus agebat
Concipiunt,hinc ille auium concentus in agris

certiſſima tẽpeſtatũ indicia ex lunę aſpectu.

Et lętę pecudes,& ouantes gutture corui.
Si uero ſolem ad rapidũ,lunaſq; ſequentes
Ordine reſpicies,nunq̃ te craſtina fallet
Hora,nec inſidijs,noctis capiere ſerenę

luna renaſcẽs obſcura imbres ſignificat.

Luna reuertentes cũ primum colligit ignes
Si nigrum obſcuro cõprenderit aera cornu
Maximus agricolis,pelagoq; parabitur imber.
At ſi uirgineum ſuffuderit ore ruborem

Luna q̃rta pura ſerenitatẽ diuturnam.

Ventus erit,uento ſemper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu quarto(nanq; is certiſſimus auctor)

Pura,nec obtuſis per cœlum cornibus ibit.
Totus & ille dies,& qui naſcentur ab illo.
Exactum ad menſem pluuia,uentiſcꝫ carebunt.
Votacꝫ ſeruati ſoluent in littore nautę
Glauco,& Panopeę,& Inoo Melicertę.

numīa ſūt marina.

Sol quocꝫ & exoriens,& cū ſe condet in undas.
Signa dabit,ſolem certiſſima ſigna ſequentur.
Et quę mane refert,& quę ſurgentibus aſtris.
Ille ubi naſcentem maculis uariauerit ortum.
Conditus in nubem,mediocꝫ refulſerit orbe

Obſeruatio ſol' orientis & occidentis. De ſolis ortu.

Suſpecti tibi ſint imbres,nancꝫ urget ab alto
Arboribuſcꝫ ſatiſcꝫ notus,pecoricꝫ ſiniſter.
Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi rumpent radij,aut ubi pallida ſurget
Titoni croceum linquens Aurora cubile.
Heu male tum mitis defendet pampinus uuas.
Tum multa in tectis crepitans ſalit horrida grādo.

Ab effectu cauſā ſignificat.

Hoc ętiam emenſo cū iam decedet olympo
Profuerit meminiſſe magis,nam ſępe uidemus
Ipſius in uultu uarios errare colores.
Cęruleus pluuiam denunciat,igneus euros.
Sin maculę incipient rutilo immiſcerier igni
Omnia tunc pariter uento,nymbiſcꝫ uidebis
Feruere,non illa quiſcꝫ me nocte per altum
Ire,necꝫ a terra moneat conuellere funem.
At ſi cum referetcꝫ diem,condetcꝫ relatum
Lucidus orbis erit fruſtra terrebere nymbis.

De ſolis occaſu.
Commen datio ſolis
A maiori argumētū
Digredit̃ & ad Augu ſti gratiã eclypſim ſolis deſcribit, ꝙ Cęſare interfecto Idibus Martijs fuiſſe cōſtat.
Varia ꝓdigiorū gn̄a
De ætna

Et claro ſyluas cernes aquilone moueri.
Deniqꝫ quid ueſper ſerus uehat, unde ſerenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus auſter.
Sol tibi ſigna dabit, ſolem quis dicere falſum
Audeat? ille etiam cęcos inſtare tumultus
Sępe monet, fraudemqꝫ, & operta tumeſcere bella
Ille etiam extincto miſeratus Cęſare Romam
Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit.
Impiaqꝫ ęternam timuerunt ſecula noctem.
Tēpore quanqꝫ illo tellus quoqꝫ, & ęquora ponti
Obſcœniqꝫ canes, importunęqꝫ uolucres
Signa dabant, quotiēs Cyclopū efferuere in agros
Vidimus undantē ruptis fornacibus Aetnam
Flammarūqꝫ globos, liquefactaqꝫ uoluere ſaxa.
Armorum ſonitum toto Germania cœlo
Audijt, inſolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoqꝫ per lucos uulgo exaudita ſilentes
Ingens & ſimulachra modis pallentia miris
Viſa ſub obſcurum noctis, pecudeſqꝫ locutę
Infandum, ſiſtunt amnes, terręqꝫ dehiſcunt.
Et mœſtum illachrymat templis ebur, ęraqꝫ ſudant
Proluit inſano contorquens uertice ſyluas

Eridanus Padus

Fluuiorū rex eridanus, campoſqꝫ per omnes
Cum ſtabulis armenta tulit, nec tempore eodem
Triſtibus aut extis fibrę apparere minaces.
Aut puteis manare cruor ceſſauit, & alte
Per noctem reſonare, lupis ululantibus, urbes.

Non alias cœlo ceciderunt plura ſereno
Fulgura,nec diri totiens arſere cometę.
Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis.
Romanas acies iterum uidere Philippi.
Nec fuit indignum ſuperis,bis ſanguine noſtro
Emathiam,& latos hęmi pingueſcere campos.
Scilicet & tempus ueniet,cum finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro
Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila
Aut grauibus raſtris galeas pulſabit inanes
Grandiaq; effoſſis mirabitur oſſa ſepulchris.
Dij patrij indigetes,& Romule,ueſtaq; mater
Quę Tuſcū Tyberim,& Romana palatia ſeruas
Nunc ſaltem euerſo iuuenem ſuccurrere ſeclo
Ne ꝓhibete,ſatis iampridem ſanguine noſtro
Laomedontęę luimus periuria Troię.
Iampridem nobis cœli te regia cæſar
Inuidet,atq; hominum querit̃ curare triumphos.
Quippe ubi fas uerſū,atq; nephas,¦tot bella ꝑ orbē
Tam multę ſcelerum facies,non ullus aratro
Dignus honos,ſquallent abductis arua colonis
Et curuę rigidum falces conflantur in enſem.
Hinc mouet Euphrates,illinc Germania bellum
Vicinę ruptis inter ſe legibus urbes
Arma ferunt,ſęuit toto Mars impius orbe
Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigę
Addūt ſe in ſpacia,& fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga,neq; audit currus habenas.

Philippi theſſaliæ ciuitas Emathia q̃ & theſſalia,aſſurgit poeta,nec tñ argumenti ſui obliuiſcitur.

Aſſentatō in Auguſtum.

euphrateſ eſt fluuiuſ orientis.

Cōparatō

## OVIDII TETRASTICHON IN librum Geor.ſecundum.

Hactenus atuorum cultus,& ſidera cœli.
Pampineas canit ille comas,colleſq; uirentis
Deſcriptaſq; loci uites,& dona lyęi
Atq; oleæ ramos pomorum ex ordine lectos.

## ANTONII MANCINELLI AR gumentū ſecundi uoluminis.

Proponit bacchumq; uocat Maro rite ſecundo
Arboribus diuerſa datur natura creandis
Panditur inſitio,uitis diuerſa notatur
Italię laudes,ſpecies telluris habentur.
Quo uitis ponenda modo, quo tempore,quid uer
Afferat,hinc uiti qualis ſit cultus habendus
Cōmoda ſyluarum monſtrat,laudātur agreſtes.

## PVBLII VIRGILII MARONIS GE orgicorū Liber ſecundus.

Secundi Georgico.argumentū. A diuiſiōe rem incipit. Alias arbores a natura ſponte ꝓuenire, alias humano ſtudio ſeri. Deinde q̄ natura ſilueſtris gignit,quō noſtra cura manſueſcant. Tum quę ſpecies arborum,quibus modis ſerendę,poſthęc ad inſitionē ꝓductus,quę nam arbor, cui generi rectiſſime inſerat̄,& quot inſitionū genera. Monet diuerſam eſſe culturę rationē, ꝓ diuerſis arborū qualitatibus proq; regionū diſpoſitiōe.In aliјs atq; aliјs pla

gis alia atq; alia ꝓuenire uina. Tum quę arbores q̄ ſolo gaudeant quę q̄bus regiōibus ꝓprię. Hinc occaſionē nactus in Italię laudationē artificioſiſſimā excurrit. A qua regreſſus, uarias terrę q̄litates enumerat, & cui rerū generi quęq; ſit apta, q̄buſq; modis agri ſeu pīguedo, ſeu ſiccitas, ſeu dēſitas, ſeu raritas, ſeu frigus, ſeu calor, ſeu dulcedo, ſeu amaritudo queat explorari. Vitis quo tp̄e, qua terra q̄bus modis inſerēda, fouēda, & educāda, putāda. Poſtremo uituperata uite ob culturę difficultatē, in ruſticanę uitę laudē facundiſſime digreditur cū admixta poeſeos laude, & urbanę uitę repręhenſione.

Actenus aruorū cultus & ſydera cœli. — trāſitio cū ꝓpoſitiōe
h. Nūc te Bacche canā, necnō ſyluestria tecū
Virgulta, & prolem tardę creſcentis oliuæ.
Huc pater o lenęe (tuis hic omnia plena — Inuocatio
Muneribus, tibi pampineo grauidus autumno
Floret ager, ſpumat plenis uindemia labris)
Huc pater o lenęe ueni, nudataq; muſto — Adiuiſiōe rē incipit.
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.
Principio arboribus uaria eſt natura creandis. — Inartificialis ſatio
Namq; aliæ nullis hominū cogentibus, ipſę — Oīs arbor aut ſpōte naſcit aut ex ſeminibus fortuito iactis. aut ex radicibus pulluleſcit.
Sponte ſua ueniunt, campoſq; & flumina late
Curua tenent, ut molle ſiler, lenteq; geniſtę.
Populus & glauca canentia fronde ſalicta.
Pars autem poſito ſurgunt de ſemine, ut altæ
Caſtaneæ, nemorumq; Ioui, quę maxima frondet
Aeſculus, atq; habitę graiis oracula quercus.

Pullulat ab radice aliȷs denſiſſima ſylua.

*Arbores naſcũtur ſpõte aut ſemĩe aut ab radice.*

Vt ceraſis,ulmiſq;,etiam Parnaſia laurus
Parua ſub ingenti matris ſe ſubȷcit umbra.
Hos natura modos primũ dedit,his genus omne
Syluarũ,fruticumq; uiret,nemorũq; ſacrorum.
Sunt aliȷ quos ipſe uia ſibi repperit uſus.

*Artificialis ſatio q̃tuplex,*

Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrũ
Depoſuit ſulcis,hic ſtirpes obruit aruo
Quadrifidaſq; ſudes,& acuto robore uallos.
Syluarumq; alię preſſos propaginis arcus
Expectant,& uiua ſua plantaria terra.
Nil radicis egent alię,ſummumq; putator
Haud dubitat terrę referens mandare cacumen.
Quin & caudicibus ſectis(mirabile dictu)
Truditur e ſicco radix oleagina ligno,
Et ſępe alterius ramos impune uidemus
Vertere in alterius,mutatamq; inſita mala
Ferre pyrum,& prunis lapidoſa rubeſcere corna.

*Facit attẽtum hortatu.*

Quare agite o ꝓprios generatim diſcite cultus
Agricolę,fructuſq; feros mollite colendo.
Neu ſegnes iaceant terræ iuuat Iſmara Baccho

*Taburnuſ campanię mons.*

Conſerere,atq; olea magnũ ueſtire Taburnum.
Tuq; ades,inceptumq; una decurre laborem.
O decus,o famę merito pars maxima noſtrę.
Mecœnas,pelagoq; uolans da uela patenti.

*captatõ attentiõis a magnitudine rei.*

Non ego cuncta meis amplecti uerſibus opto
Non,mihi ſi linguę centum ſint,oraq; centum.

Ferrea uox,ades & primi lege littoris oram.
In manibus terrę,non hic te carmine ficto
Atq; per ambages,& longa exorſa tenebo.
Sponte ſua quę ſe tollunt in luminis auras.
Infœcunda quidem,ſed lęta & fortia ſurgunt.
Quippe ſolo natura ſubeſt,tñ hęc quoq; ſi quis
Inſerat,aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis.
Exuerint ſylueſtrem animũ,cultuq; frequenti
In quaſcũq; uoces artes,haud tarda ſequentur.
Necnon & ſterilis quę ſtirpibus exit ab imis
Hoc faciet,uacuos ſi ſit digeſta per agros.
Nunc altę frondes,& rami matris opacant.
Creſcentiq; adimunt fœtus,uruntq; ferentem.
Nam quę ſeminibus iactis ſe ſuſtulit arbos
Tarda uenit,ſeris factura nepotibus umbram
Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores.
Et turpes auibus prędam fert uua racemos.
Scilicet omnibus eſt labor impendendus,& om̃es
Cogendę in ſulcum,ac multa mercede domandę.
Sed truncis olęę melius,propagine uites
Reſpondẽt,ſolido paphię de robore myrtus.
Plantis edurę coryli naſcuntur,& ingens
Fraxinus,Herculeęq; arbos umbroſa coronę.
Chaonijq; patris glandes,etiam ardua palma
Naſcitur,& caſus abies uiſura marinos.
Inſeritur uero ex fœtu nucis arbutus horrida
Et ſteriles platani malos geſſere ualentes.

Tranſlatõ

exequit̃ ꝑ poſitas partes.
De arbori bus ſpõte ꝓuenienti bus, quõ dementur arte.
De pullu- lãtibuſ era dice.
De his q̃ e ſemibus ſurgunt.
Metapho.

diſtributõ aptiſſima. qbus ar- boꝝ gene ribus qs cultus ad- hibendus Singulis arboribuſ epitheta tribuit.

Quæ ſpẽs arborũ q̃bus rectius iſerant̃ Vide uarietatem. Inſitionũ genera.

Caſtaneę fagos, ornuſq; incanuit albo
Flore piri, glandemq; ſues fregere ſub ulmis.
Nec modus inſerere, atq; oculos iponere ſimplex
Nam qua ſe medio trudunt de cortice gemmę.
Et tenues rumpunt tunicas, anguſtus in ipſo
Fit nodo ſinus, huc aliena ex arbore germen
Includunt, udoq; docent inoleſcere libro.

Alterum genus.

Aut rurſum enodes trunci reſecantur, & alte
Finditur inſolidum cuneis uia deinde feraces
Plantę immittuntur, nec longũ tempus, & ingens
Exijt ad cœlum ramis fœlicibus arbos
Miraturq; nouas frondes, & non ſua poma.

Abuſio poetica Colligit doctiſſie culturã ꝓ arborũ generibus ꝓ regionis habitu uariari. diuerſa uitiũ gña ꝓ regionũ diuſitate.

Pręterea genus haud unum nec fortibus ulmis
Nec ſalici, lotoq;, nec ideis cypariſſis
Nec pingues unam in faciem naſcuntur oliuę.
Orchites, & radij, & amara pauſia bacca.
Pomaq;, & Alcinoi ſyluę, nec ſurculus idem
Cruſtumijs, ſyrijſq; piris, grauibuſq; uolemis
Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris
Quam Methymnęo carpit de palmite Leſbos.
Sunt Thaſię uites, ſunt & Mareotides albę
Pinguibus hæ terris habiles, leuioribus illę.
Et paſſo pſythia utilior, tenuiſq; lagęos
Tentatura pedes olim, uincturaq; linguam.
Purpureę Precięq;, & quo te carmine dicam
Rhetica? nec cellis ideo contende Falernis
Sunt & Amineę uites, firmiſſima uina.

Tmolus & aſſurgit quibus, & rex ipſe Phaneus.
Argitiſq; minor, cui non certauerit ulla
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te menſis, & dijs accepta ſecundis
Tranſierim Rhodia, & tumidis Bumaſthe racemis
Sed neq; quã multę ſpecies, nec noĩa quę ſint
Eſt numerus, neq; eñ numero cõprendere refert
Quem qui ſcire uelit, libyci uelit ęquoris idem
Diſcere, quã multę Zephyro turbentur harenę.
Aut ubi nauigijs uiolentior incidit Eurus
Noſſe, quod Ionij ueniant ad littora fluctus.
Nec uero terrę ferre omnes omnia poſſunt.
Fluminibus ſalices, craſſiſq; paludibus alni
Naſcuntur, ſteriles ſaxoſis montibus orni.
Littora myrtetis lętiſſima, deniq; apertos
Bacchus amat colles, aquilonẽ & frigora taxi.
Aſpice & extremis domitum cultoribus orbem
Eoaſq; domos arabum, pictoſq; gelonos.
Diuiſę arboribus patrię, ſola India nigrum
Fert hebenum, ſolis eſt turea uirga Sabeis.
Quid tibi odorato referam ſudantia ligno
Balſamaq;, & Baccas ſemp frondentis achanti?
Quid nemora Aethiopum molli canentia lana.
Velleraq; ut folijs depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos.
Extremi ſinus orbis, ubi aera uincere ſummum
Arboris, haud ullę iactu potuere ſagittę.

tmolus & Phaneus mõtes ſũt uitibus cõſiti.

Figura poetis familiaris.

Quibus terris quę ſpẽs arborum fœlicius ꝓueniant.

Quaſdam ſpẽs qbusdã regiõibus ꝓprias eſſe.

Propoſitõ gñalis, q̃ p ſpecies probat

Liptote Et gens illa quidem ſumptis non tarda pharetris.
Media fert triſtes ſuccos, tardumq; ſaporem
Fœlicis mali, quo non præſentius ullum
Pocula ſi quando ſeuæ infecere nouercæ
Liptote. Miſcuerintq; herbas, & non innoxia uerba.
Auxilium uenit, ac membris agit atra uenena.
Ipſa ingens arbos, faciemq; ſimillima lauro.
erat nõ uſi tato mõ poſitum Et ſi non alium late iactaret odorem.
Laurus erat, folia haud ullis labentia uentis.
Flos apprima tenax, animas, & olentia medi
Digreſſio ad Italiæ laudes. Ora fouent illo, & ſenibus medicantur anhelis.
Sed neq; Medorum ſyluæ, ditiſſima terra
Ganges indiæ fluuius. Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus
Laudibus Italiæ certent, non Bactra, neq; Indi,
Hermus lydiæ fluus aurifer Totaq; turiferis Panchaia pinguis arenis.
Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem
Inuertere, ſatis immanis dentibus hydri
Laus ex aliarum regionũ cõparatione Nec galeis, denſiſq; uirum ſeges horruit haſtis.
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Maſſicus humor
Impleuere, tenent oleæq; armentaq; læta.
Colchos ſignificat. Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert
Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Laus a fertilitate frugum & pecorum. Victima, ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro
Romanos ad templa deum duxere triumphos.
Hic uer aſſiduum, atq; alienis menſibus æſtas
Repetitio Bis grauidæ pecudes, bis pomis utilis arbos
Redit ad cõparationẽ At rapidæ tygres abſunt, & ſæua leonum

Semina,nec miſeros fallunt aconita legentes.
Nec rapit immenſos orbes per humū necꝫ tanto
Squammeus in ſpiram tractu ſe colligit anguis
Adde tot egregias urbes,operumcꝫ laborem.
Tot congeſta manu pręruptis opida ſaxis
Fluminacꝫ antiquos ſubter labentia muros.
An mare q̄d ſupra memorē: quodcꝫ abluit infra:
An ne lacus tantos,te lari maxime,tecꝫ
Fluctibus & fremitu aſſurgens benace marino.
An memorē portus,lucrinocꝫ addita clauſtra:
Atcꝫ indignatum magnis ſtridoribus ęquor.
Iulia qua ponto longe ſonat unda refuſo.
Tyrrhenuſcꝫ fretis immittitur æſtus auernis.
Hęc eadem argenti riuos,ęriſcꝫ metalla
Oſtendit uenis,atcꝫ auro plurima fluxit.
Hęc genus acre uirū,marſos,pubemcꝫ ſabellam
Aſſuetumcꝫ malo Ligurem,Volſcoſcꝫ uerutos.
Extulit hęc Decios,Marios,magnoſcꝫ Camillos.
Scipiadas duros bello,& te maxime Cęſar.
Qui nunc extremis aſiæ iam uictor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum Saturnia tellus
Magna uirum,tibi res antiquę laudis,& artis
Ingredior,ſanctos auſus recludere fontes.
Aſcręumcꝫ cano romana per opida carmen.
Nunc locus aruorū ingeniſs,quę robora cuicꝫ.
Quis color,aut quę ſit rebus natura ferendis.

Laus ab edificijs
Adde continuamus a fluminibus & fretis
A cōtinuatis.
Benacus lacus Italiæ
Sublīe carmē & ſentētię quadrans.
Laus a uenis.
Laus a populis & uiris.

Tancꝫ cōcluſio in gn̄e demōſtratiuo. artificioſo trāſitu ad rē reꝟtit̄.
Quę t̄ra q̄bus arboribus conſerenda.

Difficiles primum terrę,colleſq; maligni
Tenuis ubi argilla,& dumoſis calculus aruis.
Palladia gaudent ſylua uiuacis oliuę.
Inditio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem
Plurimus & ſtrati baccis ſylueſtribus agri.
At quę pinguis humus,dulciq; uligine lętas

Pingui hu=mo ſeren=dę uites.

Quiq; frequens herbis,& fertilis ubere campus
Qualem ſępe caua montis conualle ſolemus
Deſpicere,huc ſummis liquuntur rupibus amnes.
Fœlicemq; trahunt limum,quiq; editus auſtro.
Et ſilicem curuis inuiſam paſcit aratris
Hic tibi pręualidas olim,multoſq; fluentes
Sufficiet Baccho uites,hic fertilis uuę.

Sacerdo=tes optima bibũt uĩa.

Hic laticis qualem pateris libamus,& auro.
Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta

Quę terra paſcuis idonea.

Sin armenta magis ſtudium,uituloſq; tueri
Aut fœtus ouium,aut urentis culta capellas
Saltus,& ſaturi petito longinqua Tarenti
Et qualem infœlix amiſit Mantua campum
Paſcentem niueos herboſo in flumine cygnos.
Non liquidi gregibus fontes,non gramina deſunt.
Et quantum longis carpent armenta diebus
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

Quæ fru=mentis apta.

Nigra fere,& preſſo pinguis ſub uomere terra
Et cui putre ſolum,namq; hoc imitamur arando
Optima frumentis,non ullo ex ęquore cernes

Plura domum tardis decedere plauſtra iuuencis
Aut unde iratus ſyluam deuexit arator
Et nemora euertit multos ignaua per annos
Antiquaſq; domos auiū,cum ſtirpibus imis
Eruit,ille altum nidis petiere relictis.
At rudis enituit impulſo uomere campus
Nam ieiuna quidem, cliuoſi glarea ruris.
Vix humiles apibus caſias,roremq; miniſtrat.
Et tophus ſcaber,& nigris exeſa chelydris
Creta, negant alios ęque ſerpentibus agros
Dulcem ferre cibum,& curuas prębere latebras
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumoſq; uolucres
Et bibit humorem,& cum uult ex ſeipſa remittit
Quęq; ſuo uiridi ſemper ſe gramine ueſtit
Nec ſcabie,& ſalſa lędit rubigine ferrum
Illa tibi lætis intexet uitibus ulmos.
Illa ferax oleę eſt,illam experiere colendo.
Et facilem pecori,& patientem uomeris unci.
Talem diues arat Capua,& uicina Veſeuo
Ora iugo,& uacuis Clanius non ęquus Acerris.
Nunc quo quāq; modo poſſis cognoſcere dicam
Rara ſit,an ſupra morem ſi denſa requiras.
Altera frumentis quoniam fauet,altera Baccho
Denſa magis Cereri,rariſſima quęq; Lyęo.
Ante locum capies oculis,alteq; iubebis
In ſolido puteum demitti,omnemq; repones
Rurſus humū & pedibus ſummas ęquabis arenas

Antiquas̄ ideſtcaras

Quō t̄ra explorat̄.

Glarea .i. ſicca terra

Veſeuus̄ cāpaniæ mons. ora hoc ꝟbum a ꝟgilio ꝑ nola mutatum putat au= lus gelliuſ Clanius fluuius cā panię,in q̄ Acerra

Cui queq; tellus ido nea & qui bus mõis exploran da.

Si deerit rarum,pecoriq; & uitibus almis
Aptius uber erit,ſin in ſua poſſe negabunt
Ire loca,& ſcrobibus ſuperabit terra repletis.
Spiſſus ager,glebas cunctantes craſſaq; terga
Expecta,& ualidis terram proſcinde iuuencis.
Salſa autem tellus,& quę perhibetur amara
Frugibus infœlix,ea nec manſueſcit arando
Nec Baccho genus,aut pomis ſua nomina ſeruat
Tale dabit ſpecimen,tu ſpiſſo uimine qualos
Colaq; prelorum fumoſis diripe tectis.
Huc ager ille malus,dulceſq; a fontibus undę
Ad plenum calcentur,aqua eluctabitur omnis
Scilicet & grandes ibunt per uimina guttę.
At ſapor indicium faciet manifeſtus,& ora

Amaror ſubſtantiuũ nomẽ.

Triſtia tentãtum ſenſu torquebit amaror
Pinguis item quæ ſit tellus,hoc deniq; pacto
Diſcimus,haud unq; manibus iactata fatiſcit
Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.
Humida maiores herbas alit,ipſaq; iuſto
Lætior,ah nimium ne ſit mihi fertilis illa.
Neu ſe pręualidam primis oſtendat ariſtis.
Quæ grauis eſt,ipſo tacitam ſe pondere prodit.
Quæq; leuis,promptũ eſt oculis p̄ diſcere nigram
Et quiſquis color,at ſceleratum exquirere frigus
Difficile eſt,piceę tantum,taxiq; nocentes

Terra uitibus paranda.

Interdum,aut hederæ pandunt ueſtigia nigrę.
His animaduerſis terram multo ante memento

Excoquere, & magnos ſcrobibus cõcidere montes
Ante ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas
Q̃ lætum infodias uitis genus, optima putri
Arua ſolo, id uenti curant, gelideꝗ; pruiuæ
Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor. Hypallage.
At ſi quos haud ulla uiros uigilantia fugit.
Ante locum similẽ exquirũt, ubi prima paretur
Arboribus ſeges, & quo mox digeſta feratur.
Mutata ignorent ſubito ne ſemina matrem.
Quin etiam cœli regionem in cortice ſignant.
Vt quo queꝗ; modo ſteterit, qua parte calores
Auſtrinos tulerit, quę terga obuerterit axi.
Reſtituant, adeo in teneris cõſueſcere multũ eſt. Sententia
Collibus, an plano melius ſit ponere uites. Quõ uitis ĩ collibus quõ ĩ plano ſerẽda.
Quęre prius, ſi pinguis agros metabere campi
Denſa ſere, in denſo non ſegnior ubere Bacchus
Sin tumulis accliue ſolum, colliſꝗ; ſupinos Didaſcalicus ſermo & docenti aptus.
Indulge ordinibus, nec ſecius omnis in unguem
Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret.
Vt ſępe ingenti bello cum longa cohortes Comparatio faceta.
Explicuit legio, & campo ſtetit agmen aperto
Directęꝗ; acies, & late fluctuat omnis Cõparatõ
Aere renitenti tellus, nec dum horrida miſcent
Prelia, ſed dubius medijs Mars errat in armis
Omnia ſint paribus numeris dimenſa uiarum
Non animũ modo uti paſcat ꝓſpectus inanem. duplex cõmodũ ordinis.
Sed quia non aliter uires dabit omnibus ęquas

Terra,necꝫ ĩ uacuum poterunt ſe extendere rami
Forſitan & ſcrobibus,quę ſint faſtigia quęras

Quã alti ſcrobes

Auſim uel tenui uitem cõmittere ſulco.
Altius ac penitus terrę defigitur arbos
Aeſculus in primis, quę quãtum uertice ad auras
Aethereas,tantum radice in tartara tendit.
Ergo non hyemes illam,non flabra,necꝫ imbres
Conuellunt,immota manet,multoſcꝫ per annos
Multa uirum uoluens durando ſecula uincit.
Tum fortes late ramos,& brachia tendens
Huc illuc,media ipſa ingentem ſuſtinet umbram

Quid fugiẽdũ ĩ ſerẽdis vitibuſ

Neue tibi ad ſolem uergant uineta cadentem.
Neue inter uites corylum ſere,neue flagella
Summa pete,aut ſũma defringe ex arbore plantas
(Tantus amor terrę)neu ferro lęde retuſo
Semina,neue oleę ſylueſtres inſere truncos
Nam ſępe incautis paſtoribus excidit ignis.
Qui furtim pingui primum ſub cortice tectus,
Robora comprendit,frondeſcꝫ elapſus in altas
Ingentem cœlo ſonitum dedit,inde ſecutus
Per ramos uictor,percꝫ alta cacumina regnat.
Et totum inuoluit flammis nemus,& ruit atram
Ad cœlum picea craſſus caligine nubem.
Pręſertim ſit tempeſtas ab vertice ſyluis
Incubuit,glomeratcꝫ ferens incendia uentus.
Hoc ubi,non a ſtirpe ualent,cęſęcꝫ reuerti
Poſſunt,atcꝫ ima ſimiles ręuireſcere terra.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Infœlix ſuperat folijs oleaſter amaris
Nec tibi tam prudens,quiſq; perſuadeat auctor
Tellurem Boream rigidam ſpirante mouere.
Rura gelu tunc claudit hyems,nec ſemine iacto
Concretam patitur radicem affigere terrę.
Optima uinetis ſatio eſt,cum uere rubenti
Candida uenit auis longis inuiſa colubris.
Prima uel autumni ſub frigora,cum rapidus ſol
Nondum hyemē cōtingit equis,iam prętérit æſtas
Ver adeo frondi nemorum,uer utile ſyluis.
Vere tument terræ,& genitalia ſemina poſcunt.
Tum pater omnipotens fœcūdis imbribus æther
Coniugis ingremium lętę deſcendit,& omnes
Magnus alit,magno cōmixtus corpore fœtus
Auia tunc reſonant auibus uirgulta canoris
Et uenerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager,zephiriq; tepentibus auris
Laxant arua ſinus, ſuperat tener omnibus humor
Inq; nouos ſoles audent ſe gramina tuto
Credere,nec metuit ſurgentes pāpinus auſtros.
Aut actum cœlo magnis aquilonibus imbrem
Sed trudit gemmas,& frondes explicat omnis.
Non alios prima creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies,aliumue habuiſſe tenorem
Crediderim,uer illud erat,uer magnus agebat
Orbis & hibernis parcebant flatibus euri.
Tum primū lucem pecudes hauſere,uirumq;

Quo uēto & q̄ tp̄e ſe rēda uitis.

Periphraſis.

Repetitio

Deſcriptō ueris.

Corpore ꝑ corpori

Excurrit in fabulā

Ferrea progenies durum caput extulit aruis
Immiſſęq; ferę ſyluis, & ſydera cœlo
Nec res hunc tenerę poſſunt perferre laborem
Si non tanta quies iret, friguſq; caloremq;
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.
Redita digreſſione — Quod ſupeſt, quęcũq; premes uirgulta, p agros
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra
Aut lapidẽ bibulum, aut ſqualẽtis infode conchas
Inter enim labentur aquę tenuiſq; ſubibit
Halitus, atq; animos tollent ſata, iamq; reperti
duplex cõmodum. — Qui ſaxo ſuper, atq; ingentis pondere teſtę
Vrgerent, hoc effuſos munimen ad imbres.
Hoc, ubi hiulca ſiti findit canis ęſtifer arua
Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram.
qd poſt ſationẽ uitis — Sępius ad capita, & duros iactare bidentes
Aut preſſo exercere ſolum ſub uomere, & ipſa
Flectere luctantes inter uineta iuuencos.
Tum leues calamos, & raſę haſtilia uirgæ
Fraxineaſq; aptare ſudes, furcaſq; bicornes.
Viribus eniti quarum, & cõtemnere uentos
Aſſueſcant, ſũmaſq; ſequi tabulata per ulmos.
Metaphora ætatis. — At dum prima nouis, adoleſcit frondibus ętas
Parcendũ teneris, & dum ſe lętus ad aras
Per purũ .i. aerem — Palmes agit, laxis per purũ immiſſus habenis.
Ipſa acie falcis nondum tentanda, ſed uncis
Carpendæ manibus frondes, interq; legendæ
Inde ubi iam ualidis amplexę ſtirpibus ulmos

Exierint, tunc ſtringe coma s, tunc brachia tonde
Ante reformidant ferrum,tunc deniqꝫ dura
Exerce imperia,& ramos compeſce fluentes.

Quō mu-
niendę ui
tes.

Texendę ſepes etiam,&pecus omne tenendū eſt
Pręcipue,dum frons tenera imprudenſqꝫ laborū.
Cui ſuꝑ indignas hyemes,ſolemqꝫ potentem

Pathos in
re inaīata.

Sylueſtres uri aſſidue,capręqꝫ ſequaces

vri boues
agreſtes
ſunt in ſyl
ua hercini
a germa
nię.

Illudunt,paſcuntur oues,auidęqꝫ iuuencę.
Frigora nec tantum cana concreta pruina.
Aut grauis incumbens ſcopulis arentibus æſtas.
Quantū illi nocuere greges,duriqꝫ uenenum
Dentis & admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.
Non aliam ob culpā Baccho caper omnibus aris
Cęditur,& ueteres ineūt proſcœnia ludi.

Digredit̄
ad fabulā.

Premiaqꝫ ingentes pagos,& compita circum
Theſidę poſuere,atqꝫ inter pocula lęti
Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres.

Quare ca
per libero
imoletur.

Necnon Auſonij Troia gens miſſa coloni
Verſibus incomptis ludunt,riſuqꝫ ſoluto
Oraqꝫ corticibus ſumunt horrenda cauatis.
Et te Bacche uocant per carmina lęta,tibiqꝫ
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu
Hinc omnis largo pubeſcit uinea fœtu
Complentur uallesqꝫ cauę,ſaltuſqꝫ profundi.
Et quocumqꝫ deus circum caput ęgit honeſtum.
Ergo rite ſuum Baccho dicemus honorem
Carminibus patrijs,lanceſqꝫ,& liba feremus

Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram.
Pinguiaq́; in uerubus torrebimus exta colurnis.

Annuus labor ĩ uitibus curã dis.
Repaſtinatio.

Eſt etiam ille labor curandis uitibus alter
Cui nunq́; exhauſti ſatis eſt, nanq; om̃e quotannis
Terq́;,quaterq́; ſolum ſcindendū,glebaq́; uerſis
Aeternū frangenda bidentibus,omne leuandum
Fronde nemus, redit agricolis labor actus in orbē
Atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus

Putatio uitium.

Et iam olim ſeras poſuit cum uinea frondes
Frigidus & ſyluis aquilo decuſſit honorem
Iam tum acer curas uenientem extendit in annum
Ruſticus,& curuo Saturni dente relictam
Proſequitur uitem attondens,fingitq́; putando.

Difficilis uitiū cultura.

Primus humū fodito,primus deſecta cremato
Sarmenta & uallos primus ſub tecta referto.
Poſtremus metito,bis uitibus ingruit umbra.
Bis ſegetem denſis obducunt ſentibus herbæ
Durus uterq́; labor,laudato ingentia rura
Exiguum colito,necnon etiam aſpera ruſci
Vimina per ſyluam,& ripis fluuialis arundo
Ceditur,incultiq́; exercet cura ſalicti.
Iam uinctę uites,iam falcem arbuſta reponunt.
Iam canit extremos effœtus uinitor antes.
Sollicitanda tamen tellus,puluiſq́; mouendus

Vitup̃atõ uitiū a collatiõe aliarū arborū

Et iam maturis metuendus Iuppiter uuis,
Contra,non ulla eſt oleis cultura,neq; illę
Procuruam expectant falcem,raſtroſq́; tenaces.

Cum ſemel hęſerunt aruis, auraſqꝫ tulerunt
Ipſa ſatis tellus cum dente recluditur unco
Sufficit humorē, & grauidas cum uomere fruges
Hoc pinguem & placidam paci nutritor oliuam.
Poma quoqꝫ ut primū truncos ſenſere ualentes.
Et uires habuere ſuas, ad ſydera raptim
Vi propria nituntur, opiſqꝫ haud indiga noſtrę
Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit
Sanguineiſqꝫ inculta rubent auiaria baccis.
Tondentur cytiſi, tedas ſylua alta miniſtrat.
Paſcunturqꝫ ignes nocturni, & lumina fundunt.
Et dubitant homines ſerere, atqꝫ impendere curas.
Quid maiora ſequar, ſalices humileſqꝫ geniſtæ
Aut illę pecori frondem, aut paſtoribus umbram
Sufficiunt, ſępemqꝫ ſatis, & pabula melli.
Et iuuat undantem buxo ſpectare Cytoron.
Naricię picis lucos, iuuat arua uidere.
Non raſtris hominū, non ulli obnoxia curę
Ipſę caucaſeo ſteriles in uertice ſyluæ
Quas animoſi euri aſſidue, frangūtqꝫ feruntqꝫ.
Dant alios alię fœtus, dant utile lignum
Nauigijs pinus, domibus cedroſqꝫ, cupreſſoſqꝫ
Hinc radios triuere rotis, hinc timpana plauſtris
Agricolæ, & pandas ratibus poſuere carinas.
Viminibus ſalices fœcundę, & frondibus ulmi
Et myrtus ualidis haſtilibus, & bona bello.
Cornus, Ithyreos taxi torquentur in arcus.

De ſylueſtribus.

Optīa illatio a minore cōtinuantis.
Cytorus Macedōię mons.
Naricia picis ferax
Caucaſus mons ſcythiæ,
De materijs
Cui rei q̄ materia ydonea.

Duplex negatio.

Nec tilię leues, aut torno raſile buxum
Non formam accipiunt, ferroꝗ cauantur acuto
Nec non & torrētem undam leuis annatat alnus
Miſſa pado, necnon & apes examina condunt
Corticibuſꝗ cauis, uicioſęꝗ ilicis aluo.
Quid memorandũ ęque Baccheia dona tulerunt?

Extrema uitiũ uitu perratio

Bachus & ad culpam cauſas dedit, ille furentis
Centauros leto domuit, Rhœtumꝗ Pholumꝗ
Et magno Hylęum Lapithis cratere minantem.

Deſcriptõ aureę uitę Laudes uitę ruſticę exurbanę collatione amplificatę.

O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint
Agricolas, quibus ipſa procul diſcordibus armis
Fundit humo facilem uictum iuſtiſſima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Mane ſalutantũ totis uomit ędibus undam
Nec uarios inhiant pulchra teſtudine poſtes
Illuſaſꝗ auro ueſtes, Ephyreiaꝗ æra
Alba nec Aſſyrio fucatur lana ueneno
Nec caſia liquidi corrumpitur uſus oliui

Cõmoda uitę ruſticę.

At ſecura quies, & neſcia fallere uita.
Diues opum uariarum, at latis ocia fundis
Speluncę, uiuiꝗ lacus, ac frigida Tempe
Mugituſꝗ boum, molleſꝗ ſub arbore ſomni.
Non adſunt illic ſaltus ac luſtra ferarum
Et paciens operum, paruoꝗ aſſueta iuuentus.
Sacra deum, ſanctiꝗ patres, extrema per illos
Iuſticia excedens terris ueſtigia fecit.
Me uero primum dulces ante omnia muſæ.

Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore
Accipiant, cœliq́ꝫ uias, & ſydera monſtrent
Defectus ſolis uarios, lunæq́ꝫ labores
Vnde tremor terris, qua ui maria alta tumeſcant
Obicibus ruptis, rurſuſq́ꝫ in ſeipſa reſidant.
Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles
Hiberni, uel quæ tardis mora noctibus obſtet
Sin has ne poſſim naturę accedere partes
Frigidus obſtiterit circum pręcordia ſanguis.
Rura mihi, & rigui placeant in uallibus amnes
Flumina amem, ſyluaſq́ꝫ inglorius, o ubi campi
Sperchiuſq́ꝫ, & uirginibus bacchata Lacęnis
Taygeta, o qui me gelidis in uallibus Hæmi
Siſtat, & ingenti ramorum protegat umbra.
Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.
Atq́ꝫ metus omnis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitūq́ꝫ Acherontis auari
Fortunatus & ille, deos qui nouit agreſtes
Panaq́ꝫ, ſyluanūq́ꝫ ſenem, nymphaſq́ꝫ ſorores.
Illum non populi faſces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres.
Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro.
Non res Romanę, perituraq́ꝫ regna, neq́ꝫ ille
Aut doluit miſerans inopem, aut inuidit habenti.
Quos rami fructus quos ipſa uolentia rura
Sponte tulere ſua carpſit, nec ferrea iura
Inſanumq́ꝫ forum, aut populi tabularia uidit.

Prefertur ſtudiū muſarū agriculationi.
Aſtrologia.
Phyſice.

Furor poeticus.

Exclamatio.

Vide laudationem collationē habere

Vide cõti nentẽ ora tiõisfluxũ

Sollicitant alij remis freta cęca, ruuntq;
In ferrum, penetrant aulas, & limina regum
Hic petit excidijs urbem, miſeroſq; penates.
Vt gemma bibat, & ſarrano dormiat oſtro
Condit opes alius, defoſſoq; incubat auro.
Hic ſtupet attonitus roſtris, hunc plauſus hiantẽ
Per cuneos geminatus enim plębiſq;, patrumq;,
Corripuit, gaudent perfuſi ſanguine fratrum,
Exilioq; domos, & dulcia limina mutant
Atq; alio patriam quęrunt ſub ſole iacentem.
Agricola incuruo terram dimouit aratro
Hinc anni labor, hinc patriam, paruoſq; nepotes
Suſtinet, hinc armenta boum, meritoſq; iuuencos
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus
Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi
Prouentuq; oneret ſulcos, atq; horrea uincat.
Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis.
Glande ſues lęti redeunt, dant arbuta ſyluæ.
Et uarios ponit fœtus autumnus, & alte
Mitis in apricis coquitur uindemia ſaxis.
Interea pendent dulces circum oſcula nati.
Caſta pudiciciam ſeruat domus ubera uaccę
Lactea demittunt, pingueſq; in gramine læto.
Inter ſe aduerſis luctantur cornibus hædi
Ipſe dies agitat feſtos fuſuſq; per herbam
Ignis ubi in medio, & ocij cratera coronant.
Te libans Lenęe uocat, pecoriſq; magiſtris

redit a col latione.

Domeſti ca cõmo da.

Velocisq́ iaculi certamina ponit in ulmo
Corporaq́ agreſti nudant prędura paleſtra.
Hanc olim ueteres uitam coluere Sabini.
Hanc Remus & frater, ſic fortis hetruria creuit
Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma:
Septem quæ una ſibi muro circundedit arces.
Ante etiam ſceptrum Dictæi regis, & ante
Impia quã cæſis gens eſt epulata iuuencis.
Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat. Seculũ Saturni aureum.
Nec dum etiam audierant inflari claſſica, nec dum
Impoſitos duris crepitare incudibus enſes.
Sed nos immeſum ſpacijs confecimus ęquor Trãſlatio.
Et iam tempus equumq́ fumantia ſoluere colla.

## TETRASTICHON OVIDII IN TERTIVM GEORGICON Librum.

Teq́ pales & paſtorum memorande per orbem
Et pecorum cultus, & gramine paſcua læta.
Quis habitent armenta locis, ſtabulentur & agni
Omnia diuino monſtrauit carmine uates.

## ANTO. MAN. ARGVMENtum in tertiũ Georgicon.

Panditur apta boum, uel equũ tibi forma notanda
Poſt uitulum curam monſtrat, curamq́ parentum

Tradit equis aliam, uim poſtea pandit amoris
Curat ouis capraſq; ſimul, lactis quoq; lanę
Mentio cura canum, ſerp entum cura notatur.
Morborum quoq; te cauſas & ſigna docebit
Cõmunemq; luem cunctis animalibus olim.

## GEORGIÇON AD MECOE natem liber Tertius.

Tertij Georgicon argumentum. Duplex argumẽtum proponit, armenti & gregis curam. De bobus & equis coniunctim præcipit. Virorumq; duplicem uſum monſtrat Nam boues aut uictimis deorum, aut aratro nutriuntur. Equi autem ad curruſ trahendos, aut equitem uehendum. Et primum de huius generis matribus deligendis primũ pręcipit deinde patribus. Poſtea de uitulis & pullis educandis atq; edomandis & ad unumquenq; uſum iam tum inſtituendis. Tum quæ incommoda arcenda. Hic egrediendi occaſionem nactus quãtum amor in omni animantium genere ualeat copioſe proſequitur. Hac parte abſoluta de gregis cura tradit. Ac primum de ouibus & capris coniunctim. Qua cura in ſtabulis, qua in paſcuis habẽdę. Caprorum genus in colligẽdis eius cõmodis cõmendat. Ouiũ triplicem uſum oſtendit. Aut ẽm eſui, aut lacti, aut lanicio nutriuntur. De unoquoq; ſeparatim pręcipit. Deinde canes quoq; gregis cauſa alendos monet. Serpentes in primis prohibẽdos. Poſtremo de morbo eaꝝ & uarijs generibus & cauſis atq; etiam remedijs diſputat. Hinc more ſuo in peſtis publicę copioſiſſimã quandam deſcriptionẽ digreditur.

t E q̄cꝫ magna pales,&te memorāde canemuſ
Paſtor ab amphryſo,uos ſylue,amneſcꝫ lycęi
Cętera quę uacuas tenuiſſent carmia mētes
Omnia iam uulgata,quis aut Euryſthea durum
Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer?Latonia delos
Hyppodamecꝫ?humerocꝫ Pelops inſignis eburno
Acer equis?tentanda uia eſt qua me quocꝫ poſſim
Tollere humo,uictorcꝫ uirum uolitare per ora.
Primus ego in patriam mecū(modo uita ſuperſit)
Aonio rediens deducam uertice muſas.
Primus Idumeas referam tibi Mantua palmas
Et uiridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam,tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius,& tenera prętexit arundine ripas.
In medio mihi Cęſar erit,templumcꝫ tenebit
Illi uictor ego,& Tyrio conſpectus in oſtro.
Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus
Cuncta mihi Alpheū linquens,lucoſcꝫ Molorchi
Curſibus & crudo decertet gręcia cæſtu.
Ipſe caput tonſę folijs ornatus oliuę
Dona feram,iam nunc ſolennes ducere pompas
Ad delubra iuuat,ceſoſcꝫ uidere iuuencos.
Vel ſcœna ut uerſis diſcedat frontibus,utcꝫ
Purpurea intexti tollant aulea Britanni
In foribus pugnam ex auro,ſolidocꝫ elephanto
Gangaridū faciam,uictoriſcꝫ arma Quirini

Propoſitō
Amphry=ſus Theſſaliæ fluuius.
Vulgatæ fabulæ
Excurrit ĩ īpa ꝓpōne eo cōſilio ut ꝑ tranſitū cæſaris Auguſti laudes admiſceat
Idumea phœnicū ciuitaſ palmis nobilitata.
Alpheus Elydis flu.
Molor=chus paſtor herculis hoſpes
Furor poeticus

Atq; hic undantem bello, magnumq; fluentem
Nilum,ac nauali ſurgentes ęre columnas
Addam urbes Aſię domitas, pulſumq; Niphatem.
Fidentemq; fuga parthum,uerſiſq; ſagittis
Et duo raptu manu diuerſo ex hoſte trophea
Biſq; triumphatas utroq; a littore gentes.
Stabunt & Parij lapides,ſpirantia ſigna.
Aſſaracus auus Anchiſæ. Aſſaraci proles,demiſſęq; ab Ioue gentis
Noīa, Troſq; parens,& Troię Cynthius auctor.
Inuidia infœlix furias,amnemq; ſeuerum
Cocyti metuet tortoſq; Ixionis angues
Immanemq; rotam,& non exuperabile ſaxum.
aptiſſimo trāſitu ad rem redit. Interea Dryadum ſyluas,ſaltuſq; ſequamur
Intactos,tua Mecœnas haud mollia iuſſa.
Te ſine nil altum mens inchoat,enage ſegnis
Cytheron gnaſi pars Rumpe moras,uocat ingenti clamore Citheron
Taygetiq; canes,domitrixq; Epidaurus equorum
Et uox aſſenſu nemorum ingeminata remugit
Mox tamen ardentis accingar dicere pugnas
Cæſaris,& nomen fama tot ferre per annos
Tithoni prima quot abeſt ab origine Cæſar.
Rē aggreditur Seu quis Olympiacę miratus premia palmæ
Paſcit equos,ſeu quis fortes ad aratra iuuencos
Diuiſio Corpora pręcipue matrum legat,optima toruę
Deſcriptō optimę uaccæ. Forma bouis,cui turpe caput,cui plurima ceruix
Et crurum tenus a mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus,omnia magna

Pes etiam,&,cameris hirtę ſub cornibus aures.
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo
Aut iuga detractans,interdumq; aſpera cornu.
Et faciem tauro propior,quęq; ardua tota
Et gradiens ima uertit ueſtigia cauda
Aetas Lucinam,iuſtoſq; pati Hymenęos
Deſinit ante decem,poſt quattuor incipit annos
Cętera nec fœturę habilis,nec fortis aratris.
Interea ſuperat gregibus dum lęta iuuentus
Solue marem,mitte in Venerē pecuaria primus
Atq; aliam ex alia generando ſuffice prolem
Optima quęq; dies miſeris mortalibus ęui
Prima fugit,ſubeunt morbi,triſtiſq; ſenectus
Et labor,& durę rapit inclementia mortis.
Semper erunt,quarum mutari corpora mauis
Semper enim refice,ac ne poſt amiſſa requiras.
Anteueni,& ſobolē armento ſortire quotannis
Necnon & pecori eſt idem delectus equino
Tu modo q̄s in ſpem ſtatuis ſubmittere gentis.
Pręcipuū iam inde a teneris impende laborem
Continuo pecoris generoſi pullus in aruis
Altius ingreditur,& mollia crura reponit.
Primus & ire uiam,& fluuios tentare minaces
Audet,& ignoto ſeſe committere ponto
Nec uarios horret ſtrepitus,illi ardua ceruix
Argutumq; caput,breuis aluus,obeſaq; terga
Luxuriatq; thoris animoſum pectus,honeſti

Hyſteron Proteron. qn̄ admit= tēdę vaccę

Sentētia

De explo rando ĩdo le equi

Deſcriptō amœna

*Color eq.*

Spadices,glauciqꝫ,color deterrimus albis.

*Giluus color ẽ cineris.*

Et giluo,tum ſi qua ſonum procul arma dedere
Stare loco neſcit,micat auribus,& tremit artus
Collectumqꝫ premens uoluit ſub naribus ignem
Denſa iuba,& dextro iactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos ſpina,cauatqꝫ
Tellurem,& ſolido grauiter ſonat ungula cornu

*Nõ obliuiſcit̃ ſe eſſe poetam.*

Talis Amiclęi domitus Pollucis habenis
Cyllarus,& quorũ Graij meminere poetę.
Martis equi biiuges,& magni currus Achillis.
Talis & ipſe iubam ceruice effudit equina
Coniugis aduentu pernix Saturnus,& altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.

*De ætate ĩ dole,& genere eq̃rũ*

Hũc q̃qꝫ,ubi aut morbo grauis,aut iã ſegnior annis
Deficit abde domo,nec turpi ignoſce ſenectę.
Frigidus in Venerem ſenior,fruſtraqꝫ laborem
Ingratum trahit,& ſi quando ad pręlia uentũ eſt

*ſimiltudo ad mixta*

Vt quondam in ſtipulis magnus ſine uiribus ignis
In caſſum furit,ergo animos,æuumqꝫ notabis

*Ergo ſermo redeũtis a digreſſione.*

Pręcipue,hinc alias artes,prolemqꝫ parentum.
Et quis cuiqꝫ dolor uicto,quę gloria palmę.
Nonne uides?cum pręcipiti certamine campum
Corripuere,ruuntqꝫ effuſi carcere currus

*Mire rem añ oculos poſuit.*

Cum ſpes arrectę iuuenũ,exultantiaqꝫ haurit
Corda pauor pulſans illi inſtant uerbere torto
Et proni dant lora,uolat ui feruidus axis.
Iamqꝫ humiles,iamqꝫ elati ſublime uidentur

Aera per uacuum ferri atq́ʒ aſſurgere in auras
Nec mora,nec requies,at fulue nimbus arenæ
Tollitur,humeſcunt ſpumis flatuq́ʒ ſequentum.
Tantus amor laudum,tante eſt uictoria curæ
Primus Erichthonius currus,& quattuor auſus
Iungere equos,rapidiſq́ʒ rotis inſiſtere uictor.
Frena Peletronij Lapithe,gyroſq́ʒ dedere
Impoſiti dorſo,atq́ʒ equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo,& greſſus glomerare ſuperbos.
Aequus uterq́ʒ labor,eque iuuenẽq́ʒ magiſtri
Exquirunt,calidumq́ʒ animis,& curſibus acrem
Quãuis ſepe fuga uerſos ille egerit hoſtes
Et patriam Epirum referat,fortiſq́ʒ Mycenas
Neptuniq́ʒ ipſa deducat origine gentem.
His animaduerſis,inſtant ſub tempus,& omnes
Impendunt curas denſo diſtendere pingui
Quem legere ducem,& pecori dixere maritum
Florenteſq́ʒ ſecant herbas,fluuioſq́ʒ miniſtrant
Farraq́ʒ ne blando nequeat ſupereſſe labori.
Inualidiq́ʒ patrum referant ieiunia nati.
Ipſi autem macie tenuant armenta uolentes
Atq́ʒ ubi concubitus primos,iam nota uoluptas
Sollicitat,frondeſq́ʒ negant,& fontibus arcent.
Sepe etiam curſu quatiunt,& ſole fatigant
Cũ grauiter tonſis gemit area frugibus,& cum
Surgentem ad zephyrum palee iactantur inanes
Hoc faciunt,nimio ne luxu obtuſior uſus

De uſibuſ equorum & auctori bus utẽdi

de curãdo marito,

Quõ ad mittẽdus maritus.

Ratio phy ſica.

Sit genitali aruo, & ſulcos oblimet inertes.
Sed rapiat ſitiens Venerē, interiuſq; recondat

Trāſitō artificioſa
Rurſus cura patrum cadere, & ſuccedere matrum

De curandis fœtis
Incipit exactis grauidę cum menſibus errant.
Non illas grauibus quiſq; iuga ducere plauſtris
Non ſaltu ſuperare uiam ſit paſſus, & acri
Carpere prata fuga, fluuioſq; innare rapaces.
Saltibus in uacuis paſcant, & plena ſecundum
Flumina, muſcus ubi, & uiridiſſima gramine ripa

Incommoda arcēda a fœtis.
Speluncęq; tegant, & ſaxea procubet umbra.
Eſt lucos Silari circa ilicibuſq; uirentem
Plurimus alburnum uolitans, cui nomen aſilo
Romanum eſt, œſtrum graij uertere uocantes.
Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis
Diffugiunt armenta, furit mugitibus ęther
Concuſſus, ſyluęq;, & ſicci ripa Tanagri.

Admiſcet fabulam
Hoc quondā monſtro horribiles exercuit iras
Inachię Iuno peſtem meditata iuuencę.
Hunc quoq; (nam medijs feruoribus acrior inſtat)
Arcebis grauido pecori, armentaq; paſces
Sole recens orto, aut noctem ducentibus auſtris

Tranſitio. De uitulis
Poſt partum, cura in uitulos traducitur omnis.
Continuoq; notas, & nomina gentis inurunt.
Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo
Aut aris ſeruando ſacris, aut ſcindere terra
Et campum horrentem fractis inuertere glebis
Cętera paſcuntur uirides armenta per herbas.

Tu quos ad ſtudium, atq; uſum formabis agreſtẽ
Iam uitulos hortare, uiamq; inſiſte domandi
Dum faciles animi iuuenũ dum mobilis ætas.
At primum laxos tenui de uimine circlos
Ceruici ſubnecte, dehinc ubi libera colla
Seruitio aſſuerint, ipſis e torquibus aptos
Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos.
Atq; illis iam ſẹpe rotẹ ducantur inanes
Per terram & ſummo ueſtigia puluere ſignent.
Poſt ualido nitens ſub pondere faginus axis
Inſtrepat, & iunctos temo trahit æreus orbes
Interea pubi indomitẹ, non gramina tantum
Nec ueſcas ſalicum frondes, uluamq; paluſtrem
Sed frumenta manu carpes ſata, nec tibi fœtẹ
More patrum niueo implebunt mulctraria uaccẹ
Sed tota in dulces conſument ubera natos.
Sin ad bella magis, ſtudium, turmaſq; feroces
Aut Alphea rotis prẹlabi flumine Piſæ
Et Iouis in luco currus agitare uolantes
Primus equi labor eſt, animos atq; arma uidere
Bellantum, lituoſq; pati, tractuq; gementem
Ferre rotam, & ſtabulo frenos audire ſonantis.
Tum magis, atq; magis blandis gaudere magiſtri
Laudibus, & plauſẹ ſonitum ceruicis amare
Atq; hẹc iam primo depulſus ab ubere matris
Audiat, inq; uicem det mollibus ora capiſtris
Inualidus, etiamq; tremens, etiam inſcius æui.

De educã dis uitulis
Sentẽtia Paulatim aſſueſcen dus labor

Vlua her ba ĩ aquis creſcens

Propoſuit eẽ duplicẽ equorꝝ uſum.

alluſio ad At tribus exactis,ubi quarta acceſſerit ætas
hoīs ętatē Carpere mox gyrum,incipiat,gradibuſq; ſonare
Aetas ꝑ Compoſitis,ſinuetq; alterna uolumina crurum
anno
gradarius Sitq; laboranti ſimilis,tum curſibus,auras
Prouocet,ac per aperta uolans ceu liber habenis
Aequora,uix ſumma ueſtigia ponat harena.
Cōparatō Qualis hyperboreis aquilo cum denſus ab oris
Incubuit,Scythięq; hyemes,atq; arida differt
Nubila,tum ſegetes altę,campiq; natantes
Lenibus horreſcunt flabris,ſummęq; ſonorem
Dant ſylueę,longiq; urgent ad littora fluctus
Rem com Ille uolat,ſimul arua fuga.ſimul ęquora uerrens
poſitione Hic uel ad Elęi mętas,& maxima campi
īpa expreſ
ſit. Sudabit ſpatia,& ſpumas aget ore cruentas.
Belgica Belgica uel molli melius feret eſſeda collo
gallię parſ Tum demum craſſa magnū farragine corpus
Creſcere iam domitis ſinito,nanq; añ domādum
Ingentes tollent animos,prenſiq; negabunt
Verbera lenta pati,& duris parere lupatis.
Pręceptio Sed non ulla magis uires induſtria firmat
cōmunis Quam uenerē,& cęci ſtimulos auertere amoris.
&bobus
& equis. Siue boum,ſiue eſt cui gratior uſus equorum.
Atq; ideo tauros procul,atq; in ſola relegant
Paſcua,poſt montē oppoſitū,& trans flumīa lata
Aut intus clauſos ſatura ad pręſepia ſeruant.
Sentētia Carpit enim uires paulatim,uritq; uidendo
Fœmina,nec nemorū patit̃ meminiſſe,nec herbę

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Dulcibus illa quidem illecebris, & ſępe ſuperbos
Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantes
Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca.
Illi alternantes multa ui prelia miſcent
Vulneribus crebris, lauit ater corpora ſanguis
Verſaq́ in obnixos urgentur cornua uaſto
Cũ gemitu, reboant ſyluęq́, & magnus olympus.
Nec mos bellantes una ſtabulare, ſed alter
Victus abit, longeq́ ignotis exulat oris.
Multa gemens ignominiam, plagaſq́ ſuperbi
Victoris, tum quos amiſit inultus amores
Et ſtabula aſpectans, regnis exceſſit auitis.
Ergo omni cura uires exercet, & inter
Dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili
Frondibus hirſutis, & carice paſtus acuta
Et tentat ſeſe, atq́ iraſci in cornua diſcit
Arboris obnixus trunco, uentoſq́ laceſſit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit harena.
Poſt ubi collectum robur, uireſq́ receptę
Signa mouet, pręcepſq́ oblitum fertur in hoſtem:
Fluctus ut in medio cepit cũ albeſcere ponto
Longius, ex alto ſinum trahit, utq́ uolutus
Ad terras immane ſonat per ſaxa, nec ipſo
Monte minor ꝓcumbit, at ima exęſtuat unda
Vorticibus, nigramq́ alte ſubiectat arenam.
Omne adeo genus in terris hominũq́, ferarumq́
Et genus ęquoreũ, pecudes, pictęq́ uolucres

Faceta alluſio.
Digredit̃ more ſuo ad deſcribẽdã pugnã taurorũ riualium.

Cõparatõ grauior.

Longius etiã excurrit poeta

In oī amā- tium gn̄e amorē dominari. | In furias, ignemq́ ruunt, amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leęna
Sęuior errauit campis, nec funera uulgo
Epitethō. | Tam multa informes urſi, ſtragemq́ dedere
Per ſyluas, tunc ſęuus aper, tunc peſſima tigris:
Heu male tunc Libyę ſolis erratur in agris.
Nonne uides ut tota tremor pertentet equorū
Corpora, ſi tantum notas odor attulit auras?
At neq́ eos iam frena uirum, neq́ uerbera ſęua
Non ſcopuli, rupeſq́ cauę, atq́ obiecta retardant
Flumina, correptoſq́ unda torquentia montes
Ipſe ruit, denteſq́ Sabellicus exacuit ſus
Et pedibus ſubigit terram, fricat arbore coſtas
Leandrū ſignificat. | Atq́ hinc, atq́ illinc, humeros ad uulnera durat.
Quid iuuenis, magnū cui uerſat in oſſibus ignem
A brutor[um] ad hoīm exempla tranſit. | Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat cęca ſerus freta, quem ſuper ingens
Porta tonat cœli, & ſcopulis illiſa reclamant
Aequora, nec miſeri poſſunt reuocare parentes
Nec moritura ſuper crudeli funere uirgo.
Quid lynces Bacchi uarię? & genus acre luporū?
Atq́ canum? quidq́ imbelles dant prelia cerui?
q́ apte ex cōparatione redit ad iſtitutū | Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum.
Et mentem Venus ipſa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra abſumpſere quadrigę
Fabula | Illas ducit amor trans Gargara, tranſq́ ſonantem
Spēs pro gn̄eribus. | Aſcaniū, ſuperant montes, & flumina tranant,

Continuoq; auidis ubi ſubdita flamma medullis.
Vere magis(quia uere calor redit oſſibus)illę
Ore omnes uerſę in çephyrũ ſtant rupibus altis
Exceptantq; leues auras,& ſępe ſine ullis
Coniugiis uento grauidę(mirabile dictu)
Saxa per & ſcopulos,& depreſſas conualles
Diffugiunt(non eure tuos,neq; ſolis ad ortus)
In Boream Caurũq;,aut unde nigerrimus auſter
Naſcitur,& pluuio contriſtat frigore cœlum
Hinc demum(hippomanes uero q̊d noĩe dicunt
Paſtores)lentum diſtillat ab inguine uirus.
Hippomanes quod ſępe malę legere nouercę
Miſcueruntq; herbas,& non innoxia uerba.
Sed fugit interea,fugit irreparabile tempus
Singula dum capti circumuectamur amore.
Hoc ſatis armentis,ſuperat pars altera curę
Lanigeros agitare greges,hirtaſq; capellas
Hinc labor,hinc laudem fortes ſperate coloni.
Nec ſum animi dubius,uerbis ea uincere magnũ
Quã ſit,& anguſtis hunc addere rebus honorem
Sed me parnaſſi,deſerta per ardua dulcis
Raptat amor,iuuat ire iugis,qua nulla priorum
Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo.
Nunc ueneranda pales,magno nunc ore ſonandũ
Incipiens,ſtabulis edico in mollibus herbam
Carpere oues,dum mox frondoſa reducitur æſtas
Et multa duram ſtipula,filicumq; maniplis

Vix credibile at creditũ tñ de equabus
Cõualles Diereſis
Caurus .i. corus uentus
hippoma. Eodẽ carmine ſuperiori libro uſus eſt
Corripit ſe tãq; longius digreſſum optia tranſitio.
Cõparat attẽtionẽ ex rei cõmẽdatiõe & difficultate.
Inuocatio in initio prętérita. de ouibus

Sternere ſubter humum,glacies ne frigida lędat
Molle pecus,ſcabiemq; ferat,turpeſq; podagras.

De capris

Poſt hinc digreſſus iubeo frondentia capris
Arbuta ſufficere,& fluuios prębere recentes
Et ſtabula a uentis,hyberno opponere ſoli
Ad medium conuerſa diem,cum frigidus olim
Iam cadit,extremoq; irrorat aquarius anno.
Hęc quoq; non cura nobis leuiore tuenda
Nec minor uſus erit,quamuis Mileſia magno
Vellere mutentur,Tyrios incocta rubores.
Denſior hinc ſoboles,hinc largi copia lactis
Quā magis ex hauſto ſpumauerit ubere mulctra
Lęta magis preſſis manabunt ubera mammis
Nec minus interea barbas,incanaq; menta
Cinyphij tondent hirci,ſetaſq; comantis
Vſum in caſtrorū,& miſeris uelamina nautis.
Paſcuntur uero ſyluas & ſumma Lycęi
Horrentiſq; rubos,& amantes ardua dumos,
Atq; ipſę memores redeunt in tecta,ſuoſq;
Ducunt & grauido ſuperant uix ubere limen
Ergo omni ſtudio glaciem,uentoſq; niuales
Quo minor eſt illis curę mortalis egeſtas
Auertes,uictumq; feres & uirgea lętus
Pabula,nec tota claudes fœnilia bruma.
At uero zephyris cum lęta uocantibus ęſtas
In ſaltus utrumq; gregem atq; in paſcua mittes
Luciferi primo cum ſydere,frigida rura

aptis uſus eſt uerbis edico & iubeo,dixit em̄ magno nunc ore ſonandum

Cōmendatio rei qua egebat

Quę ex capris commoda.

Quā magis noue dictum ꝑ q̊ magis

Ex pilis q̃ fiant.

Epithetō.

Epithetō.

Bene ruſtice.

Cōiuncti de ouibus

Carpamus,dum mane nouũ, dum gramina canent
Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt.
Inde ubi quarta ſitim cœli collegerit hora
Et cantu querulę rumpent arbuſta cicadę.
Ad puteos aut alta greges ad ſtagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus undam
Aeſtibus ac medijs umbroſam exquirere uallem.

& capris qñ e ſtabulis ĩpaſcua emittẽdę qñ reuocandę Periphraſis ruſtica Iubeto. Abuſio feſtina.

Sic ubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos,aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacra nemus accubet umbra.
Tum tenuis dare rurſus aquas,& paſcere rurſus
Solis ad occaſum,cum frigidus aera Veſper
Temperat,& ſaltus reficit iam roſcida luna.
Littoraq́ halcyonem reſonant,& Achantida dumi

Periphra.

Quid tibi paſtores Lybię quid paſcua uerſu
Proſequar? & raris habitata mapalia tectis?
Sępe diem,noctemq́,& totum ex ordine menſem
Paſcitur,idq́ pecus longa in deſerta,ſine ullis
Hoſpitijs,tantum campi iacet,omnia ſecum

Diuerſi paſtorũ ritus ꝓ regionũ diſſimilitudie.

Armentarius afer agit,tectumq́,laremq́.
Armaq́,Amyclęũq́ canem,Creſſamq́ pharetram.

Supellex paſtoralis

Non ſecus ac patrijs acer Romanus in armis
Iniuſto ſub faſce uiam cum carpit,& hoſti
Anteexpectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.

Cõparatõ re grauior eoq́ faceta

At non qua Scythię gentes,Męoticaq́ unda
Turbidus & torquens flauentes Iſter arenas.
Quaq́ redit mediũ Rhodope porrecta ſub axem

De ſcythicis paſtoribus.

Illic clauſa tenent ſtabulis armenta,neq; ullę
Aut herbę campo apparent,aut arbore frondes
Sed iacet aggeribus niueis informis,& alto
Terra gelu late,ſeptemq; aſſurgit in ulnas.
Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora cauri
Tum ſol pallentes haud unq; diſcutit umbras
Nec cum inuectus equis altũ petit æthera,nec cũ
Pręcipitem Oceani rubro lauit ęquore currum
Concreſcunt ſubitę currenti in flumine cruſtæ
Vndaq; iam tergo ferratos ſuſtinet orbes
Puppibus illa prius patulis,nunc hoſpita plauſtris
Aeraq; diſſiliunt uulgo,ueſteſq; rigeſcunt
Indutę,ceduntq; ſecuribus humida uina
Et totę ſolidam in glaciem uertere lacunæ
Stiriaq; impexis induruit horrida barbis.
Interea toto non ſecius aere ningit
Intereunt pecudes,ſtant circumfuſa pruinis
Corpora magna boum,confertoq; agmine cerui
Torpent mole noua,& ſũmis uix cornibus extant.
Hos non immiſſis canibus,non caſſibus ullis
Punicęę ue agitant pauidos formidine pennę
Sed fruſtra oppoſitum trudentes pectore montẽ.
Cominus obtruncant ferro,grauiterq; rudentes
Cedunt,& magno lęti clamore reportant.
Ipſi in defoſſis ſpecubus ſecura ſub alta
Ocia agunt terrę,congeſtaq; robora totas
Aduoluere focis ulmos,igniq; dedere.

Fxpatiaſ ſuo more in Scythię deſcriptionem.

Styria .i. ſtilla.

Hic noctem ludo ducunt,& pocula lęti
Fermento,atq; acidis imitantur uitea ſorbis.
Talis Hyperboreo ſeptem ſubiecta Trioni — Temeſis Synechdoche.
Gens effrena uirum Ripheo tonditur euro. — Rhiphæi mõtes ſcythiæ
Et pecudum fuluis uelantur corpora ſetis.
Si tibi lanicium curę,primum aſpera ſylua — Alter uſuſ ouium.
Lappęq;,tribuliq; abſint,fuge pabula lęta
Continuoq; greges uillis lege mollibus albos.
Illum autem(quamuis aries ſit candidus ipſe)
Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato — Vdo.i.ſp humido
Reijce,ne maculis infuſcet uellera pullis
Naſcentum,plenoq; alium circumſpice campo
Munere ſic niueo lanę(ſi credere dignum eſt) — Fabulã admiſcet.
Pan deus Arcadię captam te luna fefellit
In memora alta uocans,nec tu aſpernata uocantẽ.
At cui lactis amor,cytiſum,lotoſq; frequentes
Ille manu,ſalſaſq; ferat pręſepibus herbas.
Hinc & amant fluuios magis,& magis ubera tẽdũt
Et ſalis occultum referunt in lacte ſaporem.
Multi iam excretos ꝓhibent a matribus hędos
Primaq; ferratis pręfigunt ora capiſtris.
Quod ſurgente die mulſere,horiſq; diurnis
Nocte premunt,q̃d iam tenebris(& ſole cadente)
Sub lucem exportant calathis,adit optima paſtor
Aut parco ſale contingunt,hyemiq; reponunt.
Nec tibi cura canum fuerit poſtrema,ſed una
Veloces Spartę catulos,acremq; moloſſum

De cãibus alẽdis gregis cauſa
Paſce ſero pingui,nuncq; cuſtodibus illis
Nocturnum ſtabulis furem,incurſuſq; luporum
Oñdit uſũ canum.
Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.
Sępe etiam curſu timidos agitabis onagros.
Onagri agreſtes aſini.
Et canibus leporem,canibus uenabere dammas.
Sępe uolutabris pulſos ſylueſtribus apros
Latratu turbabis agens,monteſq; per altos
Ingentem clamore premes ad retia ceruum
De incommodis a pecore arcendis.
Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum
Galbanioq; agitare graues nidore chelydros
Sępe ſub immotis pręſepibus,aut mala tactu
Vipera
Vipera delituit,cœlumq; exterrita fugit.
Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere,& umbrę
Peſtis acerba boum, pecoriq; aſpergere uirus.
Fouit humum,cape ſaxa manu,cape robora paſtor
Tollentemq; minas,& ſibila colla tumentem
Deijce,ianq; fuga tumidum caput abdidit altę.
Cum medij nexus,extremęq; agmina caudæ
Soluuntur,tardoſq; trahit ſinus ultimus orbes.
Anguis chelydruſ
Eſt etiam ille malus calabris in ſaltibus anguis
Squamea conuoluens ſublato pectore terga.
Atq; notis longam maculoſus grandibus aluũ.
Qui dum amnes ulli rumpuntur fontibus, & dum
Vere madent udo terrę,ac pluuialibus auſtris.
Stagna colit,ripiſq; habitans,hic piſcibus atram
Epithetõ.
Improbus ingluuiem.raniſq; loquacibus explet.
Poſtq; exhauſta palus,terręq; ardore dehiſcunt

Exilit in ſiccum,& flammantia lumina torquens
Sęuit agris,aſperq́; ſiti,atq́; exterritus æſtu
Ne mihi tum molles ſub dio carpere ſomnos. Sub dio ideſt cœlo
Neu dorſo nemoris libeat iacuiſſe per herbas
Cum poſitis nouus exuuijs nitiduſq́; iuuenta
Voluitur,aut catulos tectis,aut oua relinquens
Arduus ad ſolem,& linguis micat ore triſulcis.
Morborũ quoq́; te cauſas,& ſigna docebo vide ut ad ſingula capita ꝑpoſitiõe utit̃.
Turpis ouis tentat ſcabies,ubi frigidus imber
Altius ad uiuum perſedit,& horrida cano
Bruma gelu,uel cum tonſis illotus adhęſit Epithetõ. Turpis ſcabies.
Sudor,& hirſuti ſecuerunt corpora uepres.
Dulcibus iccirco fluuijs pecus omne magiſtri Cauſa ſcabiei i ouibus
Perfundunt,udiſq́; aries in gurgite uillis
Merſatur,miſſuſq́; ſecundo defluit amni. Remediũ
Aut tonſum triſti contingunt corpus amurca Gñа herbarũ ſunt
Et ſpumas miſcent argenti,ac ſulphura uiua
Ideaſq́; pices,& pingues unguine cęras.
Scyllamq́;,elleboroſq́; graues,nigrũq́; bitumen.
Non tñ ulla magis pręſens fortuna laborum eſt
Quã,ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum
Vlceris os,alitur uicium,uiuitq́; tegendo
Dum medicas adhibere manus ad uulnera paſtor
Abnegat,& meliora deos ſedet omnia poſcens
Quinetiam ima dolor balantũ lapſus ad oſſa De febribus ouiũ.
Cum furit,atq́; artus depaſcitur arida febris.
Profuit incenſos æſtus auertere,& inter

Ima ferire pedis ſalientem ſanguine uenam

Biſaltę ſcythię pp̃lus

Biſaltę quo more ſolent, acerq; Gelonus
Cum fugit in Rhodopen, atq; in deſerta Getarũ
Et lac concretum cum ſanguine potat equino:

Indicium febris

Quã procul aut molli ſuccedere ſepius umbrę
Videris, aut ſummas carpẽtem ignauius herbas
Extremãq; ſequi, aut medio procumbere campo
Paſcentem, & ſerę ſolam decedere nocti.

Politica ſentẽtia.

Continuo culpam ferro compeſce, priuſq;
Dira per incautum ſerpant contagia uulgus
Non tam creber agens hyemẽ ruit equore turbo
Quam multę pecudũ peſtes, nec ſingula morbi
Corpora corripiunt, ſed tota æſtiua repente

Publicę pecorum peſtes.

Spẽq;, gregemq; ſimul, cunctãq; ab origine gẽtem
Tum ſciat aerias Alpes, & Norica ſi quis

Iapidia ps ẽ Venetię

Caſtella in tumulis, & Iapidis arua Timaui.
Nũc quoq; poſt tanto uideat deſertaq; regna
Paſtorum, & longe ſaltus, lateq; uacantes.

Deſcriptõ peſtis ex bili ſupfuſiõe ortę

Hic quondam morbo cœli, miſeranda coorta eſt
Tempeſtas, totoq; autumni incanduit æſtu
Et genus omne neci pecudũ dedit, omne ferarum

Nactus occaſionẽ digredit̃.

Corrupitq; lacus infecit pabula tabo.
Nec uia mortis erat ſimplex, ſed ubi ignea uenis
Omnibus acta ſitis miſeros abduxerat artus.
Rurſus abundabat fluidus liquor, omniaq; in ſe
Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat.
Sępe in honore deum medio ſtans hoſtia ad aram

Lanea dum niuea circundatur infula uitta.
Inter cunctantes cecidit moribunda miniſtros
Aut ſi quam ferro mactauerat ante ſacerdos.
Inde neq; impoſitis ardent altaria fibris.
Nec reſponſa poteſt conſultus reddere uates
Ac uix ſuppoſiti tinguntur ſanguine cultri.
Summaq; ieiuna ſante infuſcatur harena.
Hinc lętis uituli uulgo moriuntur in herbis — Vulgo .i. ubiq; & paſſim
Et dulcis animas plena ad pręſepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies uenit, & quatit ęgros
Tuſſis anhela ſues, & faucibus angit obeſis. — Angina porcorũ morbus
Labitur infelix ſtudiorum, atq; immemor herbę
Victor equus, fontiſq; auertitur, & pede terram — Commiſeratio.
Crebra ferit, demiſſę'aures, incertus ibidem
Sudor, & ille quidem morituris frigidus aret — Pleonaſmos.
Pellis, & ad tactum tractanti dura reſiſtit.
Hęc ante exitium primis dant ſigna diebus.
Sin in proceſſu cepit crudeſcere morbus.
Tum uero ardentes oculi atq; attractus ab alto
Spiritus interdum gemitu grauis, imaq; longo
Ilia ſingultu tendunt, it naribus ater
Sanguis, & obſeſſas fauces premit aſpera lingua.
Profuit incerto latices infundere cornu — Remediũ fruſtra adhibitum.
Lenęos, ea uiſa ſalus morientibus una.
Mox erat hoc Ipſum exitio, furijſq; refecti
Ardebant, ipſiq; ſuos iam morte ſub ęgra
(Dij meliora pijs, erroremq; hoſtibus illum)

Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.

Rem oſtẽdit. Ecce autem duro fumans ſub uomere taurus
Concidit,& mixtum ſpumis uomit ore cruorem
Magno affectu ruſtico hęc dicuntur. Extremoſq; ciet gemitus,it triſtis arator
Mœrentẽ abiungens fraterna morte iuuencum
Atq; opere in medio defixa reliquit aratra.
Non umbrę altorũ nemorũ,non mollia poſſunt
Prata mouere animũ,non qui per ſaxa uolutus
Purior electro campum petit amnis,at ima
Soluũtur latera,atq; oculos ſtupor urget inertis
Ad terramq; fluit deuexo pondere ceruix.
deploratõ Quid labor? aut bñ facta iuuãt? qd uomere terras
Ideſt uina bona a Maſſico mõte campaniæ. Inuertiſſe graues? atqui non Maſſica Bacchi
Munera,non illis epulę nocuere repoſtę.
Frondibus & uictu paſcuntur ſimplicis herbę
Pocula ſunt fontes liquidi,atq; exercita curſu
Flumina,nec ſomnos abrumpit cura ſalubres.
Tempore non alio dicunt regionibus illis
alludit ad Herodoti fabulam Quęſitas ad ſacra boues Iunonis,& uris
Imparibus,ductos alta ad donaria currus.
Ergò ęgre raſtris terram rimantur,& ipſis
Vnguibus infodiunt fruges,monteſq; per altos
Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra.
Non lupus inſidias explorat ouilia circum
Damma ĩ maſ. gñe Nec gregibus nocturnus obambulat, acrior illum
Cura domat,timidi dammę,ceruiq; fugaces.
Nunc interq; canes,& circum tecta uagantur.

Iam maris immenſi ꝓlem & genus omne natantū
Littore in extremo(ceu naufraga corpora)fluctus
Proluit,inſolitę fugiunt in flumina phocæ.

Iam conti nuantis. Phocę ui tuli marini.

Interit & curuis fruſtra defenſa latebris
Vipera,& attoniti,ſquamis aſtantibus hydri.
Ipſis eſt aer auibus non ęquus,& illę
Pręcipites alta uitam ſub nube relinquunt.
Pręterea nec iam mutari pabula refert.
Quęſiteqꝫ nocent artes,ceſſere magiſtri
Phillyrides Chiron Amythaoniuſqꝫ Melampus

Chiron & Melāpus medicina nobilitati.

Sęuit,& in lucem ſtigijs emiſſa tenebris
Pallida Tiſiphone,morbos agit ante,metumqꝫ
Inqꝫ dies auidum ſurgens caput altius effert
Balatu pecorum,& crebris mugitibus amnes
Arenteſqꝫ ſonant ripę,colleſqꝫ ſupini.
Iamqꝫ cateruatim dat ſtragem , atqꝫ aggerat ipſis
In ſtabulis,turpi dilapſa cadauera tabo.
Donec hum o tegere,ac foueis abſcondere diſcūt
Nam neqꝫ erat corijs uſus nec uiſcera quiſqꝫ
Aut undis abolere poteſt,aut uincere flamma.
Nec tondere quidem morbo illuuieqꝫ perēſa
Vellera,nec telas poſſunt attingere putres
Verumetiam inuiſos ſi quis tentarat amictus
Ardentes papulę,atqꝫ immundus olentia ſudor
Membra ſequebatur,nec longo deinde moranti
Tempore,contactos artus ſacer ignis edebat.

# GEORGICORVM QVARTVS
## CARMEN OVIDII IN QVARtum Georgicon.

Prŏtinus aerij mellis redolentia regna.
Hyblęas & apes,aluorum & cęrea tecta.
Quicq; alibi flores,examina quęcq; legenda
Indicat,humectiſcq; fauos,cœleſtia dona.

## ANTO.MAN.ARGVMENTVM

Quę ſedes apibus ſtatio ue paranda reponit
Languentum quocq; ſigna docet,medicãcq; ſalutem
Naſcendicq; modum,Nympharum nomina multa
Pandit Ariſtei luctum:matriſcq; fauorem
Tum uatis protei patriam,mores,ſpecieſcq;
Orpheus Euridicen ſtygia reuocarat ab unda

## P.V.MARONIS GEORGICON Liber quartus.

Quarti Georgicon argumẽtum. Ex re ipſa ut in cęteris fere ordinem ſumit, qui naturalis appellat̃. Primum cuiuſmodi bonis apibus diligẽdis, & quẽ admodum apparandis tradit Deinde aluearia quo modo texenda. Quęcq; his in rebus fugienda. Tum examina quando & quomodo emittenda ac colligenda. Regum in primis, deinde & plebis delectũ monſtrat. De certaminibus alijſcq; in euolatu incõmodis inhibendis pręcipit. Hinc hortorum laudes per occupationem celebrat. Deinde de apicularũ

ingenio,ſedulitate,ſagacitate, diſciplina mira quę-dam facetiſſime commemorat. Tum quę apibus in commoda ſoleant accidere,quomodoq̃ his ſuccur rendum docet. Hinc de morbis earum, & morbo-rum remedijs pręcipit. Poſtremo quomodo etiam ad internitionẽ extinctum apum genus reſtaurari queat nouam rationẽ oſtendit Vbi in Aſcrei & Or phei fabulam digreſſus deſinit.

p Rotinus aerei mellis,cœleſtia dona | Propoſitõ
Exequar,hanc etiã mecœnas aſpice partem. | Inre humi li attentio nẽ captat ĩuocatiõe ſupſedet
Admiranda tibi leuium ſpectacula rerum
Magnanimoſq̃ duces,totiuſq̃ ordine gentis
Mores,& ſtudia,& populos,& prelia dicam
In tenui labor,at tenuis non gloria,ſi quem | Metapho ricos.
Numina leua ſinunt,auditq̃ uocatus Apollo.
Principio,ſedes apibus ſtatioq̃ petenda | Qui locuſ apibus de ligendus.
Quo neq̃ ſit uentis aditus(nam pabula uenti
Ferre domum prohibent)neq̃ oues,hędiq̃ petulci | Petulcus .i.laſciuus
Floribus inſultent,aut errans bucula campo
Decutiat rorem,& ſurgentis atterat herbas.
Abſint & picti ſqualentia terga lacerti
Pinguibus a ſtabulis,meropeſq̃,alięq̃ uolucres
Et manibus progne pectus ſignata cruentis. | alludit ad fabulam
Omnia iam late uaſtant,ipſaſq̃ uolantes
Ore ferunt,dulcem nidis immitibus eſcam.
At liquidi fontes,& ſtagna uirentia muſco
Adſint,& tenuis fugiens per gramina riuus.
Palmaq̃ ueſtibulũ, aut ingens oleaſter obumbret

Vt cum prima noui ducent examina reges
Vere ſuo,ludetq́ʒ fauis emiſſa iuuentus
Vicina inuitet decedere ripa colori
Obuiaq́ʒ hoſpitijs teneat frondentibus arbos
In medium,ſeu ſtabit iners,ſeu profluet humor
Tranſuerſas ſalices,& grandia conijce ſaxa
Pontibus ut crebris poſſint conſiſtere,& alas
Pandere ad ęſtiuum ſolem,ſi forte morantes
Sparſerit,aut pręceps Neptuno immerſerit eurus
Hęc circum caſię uirides,& olentia late
Serpilla,& grauiter ſpirantis copia tymbrę.
Cuiuſmōi Floreat,irriguumq́ʒ bibant uiolaria fontem.
aluearia. Ipſa autem ceu corticibus tibi ſuta cauatis.
Seu lento fuerint aluearia uimine texta.
Anguſtos habeant aditus,nam frigore mella
Cogit hyems,eademq́ʒ calor liquefacta remittit
Vtraq́ʒ uis apibus,pariter metuenda,neq́ʒ illę
Proceleuſ Ne quicq́ʒ in tectis certatim tenuia cęra
maticus. Spiramenta linunt,fucoq́ʒ & floribus oras
Explent collectumq́ʒ hęc ipſa ad munera gluten
Et uiſco,& phrygię ſeruant pice lentius Idę
Sępe etiam effoſſis(ſi uera eſt fama)latebris.
Sub terra fodere larem,penituſq́ʒ repertę
Pumicibuſq́ʒ cauis,exeſęq́ʒ arboris antro.
Tu tamen e leui rimoſa cubilia limo
quę fugiē Vnge,fouens circum,& ratas ſuper inijce frondes
da apibus Neu propius tectis taxum ſine,neue rubentis

Vre foco cancros, altę neu crede paludi
Aut ubi odor cœni grauis, aut ubi concaua pulſu
Saxa ſonant, uociſq; offenſa reſultat imago.
Quod ſupereſt, ubi pulſam hyemẽ ſol aureus ęgit Quid ęſtate apes faciant.
Sub terras, cœlumq; ęſtiua luce recluſit.
Illę continuo ſaltus, ſyluaſq; pererrant
Purpureoſq; metunt flores, & flumina libant
Summa leues, hinc neſcio qua dulcedine lętę
Progeniem nidoſq; fouent, hinc arte recentes
Excudunt ceras, & mella tenacia figunt.
Hinc ubi iam emiſſum caueis ad ſydera cœli
Nare per ęſtatem liquidam ſuſpexeris agmen
Obſcuramq; trahi uento mirabere nubem.
Contemplator aquas dulcis, & frondea ſemper
Tecta petunt, huc tu iuſſos aſperge ſapores
Trita meliſphylla, & Cerinthę ignobile gramen Meliſphylla herba q̄ & apiaſtrũ dicitur.
Tinnituſq; cie, & matris quate cymbala circum
Ipſę conſident medicatis ſedibus, ipſę
Intima morę ſuo ſeſe in cunabula condent.
Sin autem ad pugnam exierint (nam ſępe duobus
Regibus inceſſit magno diſcordia motu)
Continuoq; animos uulgi, & trepidantia bello
Corda, licet longe pręſciſcere, nanq; morantes
Martius ille æris rauci canor increpat, & uox
Auditur, fractos ſonitus imitata tubarum
Tum trepidę inter ſe coeunt, penniſq; coruſcant
Spiculaq; exacuunt roſtris, aptantq; lacertos

Et circa regem,atq; ipſa ad prętoria denſę
Miſcentur,magniſq; uocant clamoribus hoſtem
Ergo ubi uer nactę ſudum,campoſq; patentes
Erumpunt portis,concurritur æthere in alto
Fit ſonitus,magnum mixtę glomerantur in orbem
Pręcipiteſq; cadunt,non denſior aere grando
Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis.
Ipſi per medias acies,inſignibus alis.
Ingentes animos anguſto in pectore uerſant
Vſq; adeo obnixi non cedere, dum grauis aut hos
Aut hos,uerſa fuga uictor dare terga ſubęgit.
Hi motus animorũ atq; hęc certamina tanta
Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent.
Verum ubi ductores acie reuocaberis ambos
Deterior qui uiſus,eum(ne prodigus obſit)
Indicia generoſi regis. Dede neci,melior uacua ſine regnet in aula.
Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens.
Nam duo ſunt genera,hic melior,inſignis & ore
Et rutilis clarus ſquamis,ille horridus alter
Deſidia,latamq; trahens inglorius aluum
Vt binę regum facies,ita corpora plebis.
Cōparatō Nanq; alię turpes horrent,ceu puluere ab alto
Cum uenit,& terram ſicco ſpuit ore uiator
Aridus,elucent alię,& fulgore coruſcant
Ardentes auro,& paribus lita corpora guttis
Hęc potior ſoboles,hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes,nec tantum dulcia, quantum

Et liquida, & durum bacchi domitura ſaporem
At cum incerta uolant, cœloq́ꝫ examina ludunt
Contemnuntq́ꝫ fauos, & frigida tecta relinquunt
Inſtabiles animos ludo prohibebis inani
Nec magnus prohibere labor, tu regibus alas
Eripe, non illis quiſq́ꝫ cunctantibus, altum
Ire iter, aut caſtris audebit uellere ſigna.
Inuitent croceis halantes, floribus horti.
Et cuſtos furum atq́ꝫ auium cum falce ſaligna
Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.
Ipſe thymum, pinoſq́ꝫ ferens de montibus altis.
Tecta ſerat late circum, cui talia curę.
Ipſe labore manum duro terat, ipſe feraces
Figat humo plantas & amicos irriget imbres
Atq́ꝫ equidem extremo ni iam ſub fine laborum
Vela traham, & terris feſtinem aduertere proram
Forſitan & pinguis, hortos quę cura colendi
Ornaret canerem, biferiq́ꝫ roſaria Peſti.
Quoq́ꝫ modo potis gauderent intyba riuis.
Et uirides apio ripę, tortuſq́ꝫ per herbam.
Creſceret in uentrem cucumis nec ſera comantem
Narciſſum, aut flexi tacuiſſem uimen achanti
Pallenteſq́ꝫ hederas, & amantes littora myrtos.
Nanq́ꝫ ſub Oebalię memini me turribus altis.
Qua niger humectat flauentia culta Galeſus.
Corycium uidiſſe ſenem, cui pauca relicti
Iugera ruris erant, nec fertilis illa iuuencis.

Vide ut p̄ſtet quod p̄miſit, & exiguis hūc adde rebus honorem.

Trāſlatio a nauigantibus.

Peſtū calabrię oppidum

Epitetha ſingulis appōit.

Oebalia ē laconia

Expatiat̄ ſuo more

Galeſus Calabrię fluuius

Coricia ciliciæ ciuitas.

Nec pecori oportuna ſeges, nec cõmoda Baccho
Hic rarum tamen in dumis holus, albaq; circum
Lilia uerbenaſq; premens, ueſcumq; papauer.
Regum ęquabat opes animis, ſeraq; reuertens
Nocte domũ, dapibus menſas onerabat inemptis
Primus uere roſam, atq; autumno carpere poma
Et cum triſtis hyems etiam nũc frigore ſaxa
Rumperet & glacie curſus frenaret aquarum
Ille comam mollis iam tum tondebat achanti
Aeſtatem increpitans ſeram, çephiroſq; morãtis.
Ergo apibus fœtis idem, atq; examine multo
Primus abundare, & ſpumantia cogere preſſis
Mella fauis, illi tilię atq; uberrima pinus.
Quotq; in flore nouo pomis ſe fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat
Ille etiam ſeras inuerſum diſtulit ulmos

Spinus prunorũ arbor, eſt gñis maſ.

Eduramq; pirum, & ſpinos iam pruna ferentes
Iamq; miniſtrantẽ platanum potantibus umbras.
Verum hęc ipſe equidem ſpacijs excluſus iniquis
Prętereo, atq; alijs poſt cõmemoranda relinquo

Apũ mira natura. Admiſcet fabulam

Nunc age naturas apibus quas Iupiter ipſe
Addidit, expediam, pro qua mercede canoros
Curetum ſonitus, crepitantiaq; ęra ſecutę
Dictæo cœli regem pauere ſub antro.
Solę communis natos, conſortia tecta
Vrbis habent, magniſq; agitant ſub legibus euum
Et patriam ſolę & certos nouere penates

Venturęqꝫ hyemis memores,æſtate laborem
Experiuntur,& in medium quęſita reponunt
Namqꝫ alię uictu inuigilant,& fœdere pacto — Ablatiuuſ ꝓ datiuo.
Exercentur agris,pars intra ſepta domorum
Narciſſi lachrymam,& lentum de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina,deinde tenaces
Suſpendunt ceras,alię(ſpem gentis)adultos
Educunt fœtus,alię puriſſima mella
Stipant,& liquido diſtendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti — Sorti ad uerbiũ.
Inqꝫ uicem ſpeculantur aquas,& nubila cœli.
Aut onera accipiunt uenientũ,aut agmine facto
Ignauum fucos pecus a pręſepibus arcent.
Feruet opus,redolentqꝫ thymo fragrantia mella
Ac ueluti lentis cyclopes fulmina maſſis — Facete ĩ re leui graui cõparatione utitur.
Cum properant,alij taurinis follibus auras
Accipiunt,redduntqꝫ,alij ſtridentia tingunt
Aera lacu,gemit impoſitis incudibus Aetna.
Illi inter ſeſe magna ui brachia tollunt
In numerum uerſantqꝫ tenaci forcipe ferrum.
Non aliter(ſi parua licet componere magnis)
Cecropias innatus apes amor urget habendi.
Munere quamqꝫ ſuo,grandeuis oppida curę
Et munire fauos,& Dedala fingere tecta. — Dedala .i. ingenioſa
At feſſę multa referunt ſe nocte minores.
Crura thymo plenę,paſcuntur & arbuta paſſim
Et glaucas ſalices,caſiamqꝫ,crocumqꝫ rubentem

Et pinguem tiliam,& ferrugineos hiacynthos.
Omnibus una quies operũ,labor omnibus unus
Mira apũ Mane ruunt portis,nuſꝗ mora,rurſus eaſdem
diſciplina. Veſper ubi e paſtu tandem decedere campis
Admonuit,tum tecta petunt,tum corpora curant
Fit ſonitus,muſſantꝗ oras & limina circum.
Poſt ubi iam thalamis ſe compoſuere,ſiletur
Sagacitas In noctem,feſſoſꝗ ſuos ſopor occupat artus.
apum. Nec uero a ſtabulis pluuia impendente recedunt
Longius,aut credunt cœlo aduentantibus euris.
Trãſlatio Sed circum tutę,ſub mœnibus urbis aquantur.
Excurſuſꝗ breues tentant,& ſępe lapillos
Apum in- Vt cymbę inſtabiles,fluctu iactante ſaburram
genium. Tollunt,his ſeſe per inania nubila librant.
Apum ☞ Illum adeo placuiſſe apibus mirabere morem
ſanctitas Quod nec cõcubitu indulgẽt,nec corpora ſegnes
ablatiuus In uenerem ſoluunt.aut fœtus nixibus edunt.
ꝓ datiuo Verum ipſę e folijs natos & ſuauibus herbis
Ore legunt,ipſę regem,paruoſꝗ quirites
Sufficiunt,aulaſꝗ & cęrea regna refigunt.
Apum ſe- Sępe etiam duris errando in cotibus,alas
dulitas. Attriuere,ultroꝗ animam ſub faſce dedere
Tantus amor florum,& generandi gloria mellis.
Ergo ipſas quamuis anguſti terminus æui
Excipiat(neꝗ enim plus ſeptima ducitur æſtas)
At genus immortale manet,multoſꝗ ꝑ annos
Stat fortuna domus,& aui numerantur auorum.

Prȩterea regem non ſic Aegyptus, & ingens
Lydia. necꝙ populi Parthoꝝ, aut Medus Hydaſpes
Obſeruant, rege incolumi mens om̄ibus una eſt.
Amiſſo, rupere fidem, conſtructaꝙ mella
Diripuere ipſę, & crates ſoluere fauorum.
Ille operum cuſtos, illum admirantur, & omnes
Circum ſtant fremitu denſo, ſtipantꝙ frequẽtes
Et ſępe attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulchramꝙ petunt ꝑ uulnera mortẽ.

Quid facetius Studium ĩ regem

His quidam ſignis, atꝙ hęc exempla ſecuti
Eſſe apibus partem diuinę mentis, & hauſtus
Aethereos dixere, deum nanꝙ ire per omnes
Terraſꝙ, tractuſꝙ maris, cœlumꝙ ꝓfundum.
Hinc pecudes, armenta uiros, genus omne ferarũ
Quemꝙ ſibi tenuis naſcentem arceſſere uitas.
Scilicet huc reddi deinde, ac reſoluta referri
Omnia, nec morti eſſe locum, ſed uiua uolare
Syderis in numerũ, atꝙ alto ſuccedere cœlo.

Mirus honos apibus datus

Si quando ſedem auguſtam, ſeruataꝙ mella
Theſauris relines, prius hauſtus ſparſus aquarum
Ora foue, fumoſꝙ manu prętende ſequaces

de colligẽdo melle Sparſus ꝓ ſpargẽs.

Bis grauidos cogunt fœtus, duo tempora meſſis
Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum
Pleias & Oceani ſpretos pede reppulit amnes
Aut eadem ſydus fugiens ubi piſcis aquoſi
Triſtior hybernas cœlo deſcendit in undas.

Taygete una deſeptem pleiadibus

Illis ira modum ſupra eſt, lęſeꝙ uenenum

Ira apum.

Morſibus inſpirant,& ſpicula cęca relinquunt
Affixę uenis,animaſq; in uulnere ponunt.
Quibus remedijs apũ incõmodis occurritur. Sin duram metuens hyemen,parceſq; futuro
Contuſoſq; animos,& res miſerabere fractas
Aut ſuffire thymo,ceraſq; recidere inanes.
Quis dubitet?nam ſępe fauos ignotus adedit
Stellio,lucifugis congeſta cubilia blaptis
Immuniſq; ſedens aliena ad pabula fucus.
Ad fabulã alludit. Aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis
Aut dirum tineæ genus,aut inuiſa Miueruę
Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes.
Quo magis exhauſtæ fuerint,hoc acrius omnes
Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas
Complebuntq; foros,& floribus horrea texent
Morbi in apibus quõ depꝓhendãt & tollãtur. Si uero(quoniã caſus apibus quoq; noſtros
Vita tulit)triſti languebunt)corp ora morbo.
Quod iam non dubijs poteris cognoſcere ſignis
Continuo eſt ægris alius color,horrida uultum
Deformat macies,tum corpora luce carentum
Exportant tectis,& triſtia funera ducunt
Aut illę pedibus connexę ad limina pendent
Aut intus clauſis cunctantur in ædibus omnes
Ignauęq; fame,& contracto frigore pigrę.
Tum ſonus auditur grauior,tractimq; ſuſurrant.
ornat ſuo more rem ãplius cõpatiõibus Frigidus ut quondã ſyluis,ĩmurmurat auſter.
Vt mare ſollicitum ſtridet refluentibus undis
Aeſtuat ut clauſis rapidus formacibus ignis

Hic iam Galbaneos ſuadebo incendere odores — Remedia.
Mellaqꝫ arundineis inferre canalibus ultro.
Hortantem,& feſſas ad pabula nota uocantem.
Proderit & tunſum gallę admiſcere ſaporem
Arenteſqꝫ roſas,aut igni pinguia multo
Defruta,uel pſythia paſſos de uite racemos.
Cecropiumqꝫ thymū,& graue olentia centaurea. — Spōdaiſat
Eſt etiam flos in pratis(cui nomen amello — Deſcriptō floris.
Fecere agricolę)facilis quęrentibus herba.
Nanqꝫ imo ingentem tollit de ceſpite ſyluam.
Aureus ipſe,ſed in folijs(quę plurima circum
Funduntur)uiolę ſublucet purpura nigræ
Sępe deum nexis ornatę torquibus arę
Aſper in ore ſapor,tonſis in uallibus illum — Mella gal lię fluuius
Paſtores,& curua legunt prope flumina Mellæ
Huius odorato radices incoque Baccho.
Pabulaqꝫ in foribus plenis appone caniſtris.
Sed ſi quem proles ſubito defecerit omnis — Quō reſtaurandę apes mortuę
Nec genus unde nouę ſtirpis reuocetur habebit
Tempus,& Arcadij memoranda inuenta magiſtri
Pandere, quoqꝫ modo cęſis iam ſępe iuuencis — Ariſteum ſignificat
Inſincerus apes tulerit cruor,altius omnem
Expediam prima repetens ab origine famam. — Fabulam ī cipit a loci deſcriptione.
Nam qua Pellęi gens fortunata Canopi
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum.
Et circum pictis uehitur ſua rura phaſelis. — Canopus ciuitas iuxta alexandriam
Quaqꝫ pharetratę uicinia Perſidis urget.
Et diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora.

Et uiridem Aegyptum nigra fœcundat arena.
Vſq; coloratis amnis deuexus ab Indis.
Omnis in hac certam regio iacit arte ſalutem.
Exiguus primum, atq; ipſos contractus ad uſus
Eligitur locus, hunc anguſtiq; imbrice tecti.
Parietibuſq; premunt arctis, & quattuor addunt
Quattuor a uentis obliqua luce feneſtras.
Tum uitulus bima curuans iam cornua fronte
Quęritur, huic geminę nares & ſpiritus oris
Multa reluctanti obſtruitur, plagiſq; perempto
Tunſa per integram ſoluuntur uiſcera pellem.
Sic poſitum in clauſo liquunt, & ramea coſtis
Subijciunt fragmenta, thymũ, caſiaſq; recentes
Hoc geritur zephyris primũ impellentibus undas
Circuitio apta. Ante nouis rubeant q̃ prata coloribus, ante
Garrula quã tignis nidum ſuſpendat hirundo.
Interea teneris tepefactus in oſſibus humor
Aeſtuat, & uiſenda modis animalia miris
Trunca pedum primo, mox & ſtridentia pennis
Miſcentur, tenuem magis, ac magis aera carpunt.
Donec ut æſtiuis effuſus nubibus imber
Erupere, uelut neruo pulſante ſagittę
Prima leues ineunt ſi quando prelia Parthi.
Quis deus hanc muſę quis nobis extudit artem?
Vnde noua ingreſſus hominũ experientia cepit,
Hic p̃occa ſionẽ ad Ariſtęi fabulam digreditur Paſtor Ariſteus fugiens peneia tempe
Amiſſis (ut fama) apibus morboq; fameq;.
Triſtis ad extremi ſacrum caput aſtitit amnis

Multa querens, atqꝫ hac affatus uoce parentem eſt — Ariſteus
Mater, cyrene mater, quę gurgitis huius — Apollinis
Ima tenes, quid me pręclara ſtirpe deorum — & Cireneſ filius
(Si modo quē ꝓhibes, pater eſt tymbreus Apollo) — Queſtus
Inuiſum fatis genuiſti? aut quo tibi noſtri — Ariſtei
Pulſus amor? quid me cœlum ſperare iubebas?
En etiam hunc ipſum uitę mortalis honorem
Quē mihi uix frugum, & pecudū cuſtodia ſolers
Omnia tentanti extuderat, te matre, relinquo.
Quin age, & ipſa manu fœlices erue ſyluas
Fer ſtabulis inimicū ignem, atqꝫ interfice meſſes
Vre ſata, & ualidam in uites molire bipennem
Tanta meę ſi te ceperunt tedia laudis.
At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti
Senſit, eam circum Mileſia uellera nymphę
Carpebant, hyali ſaturo fucata colore.
Drymoqꝫ, Xantoqꝫ, Ligeaqꝫ, Phyllodoceqꝫ — Polyſindeton.
Cęſariem effuſę nitidam per candida colla.
Neſęe, Spioqꝫ, Thaliaqꝫ, Cymodoceqꝫ.
Cydippeqꝫ, & flaua Lycorias, altera uirgo.
Altera tum primos Lucinę experta labores
Clioqꝫ, & Boroe ſoror, Oceanitides ambę. — Epanalepſis.
Ambę auro, pictis incinctę pellibus ambę.
Atqꝫ Ephyre, atqꝫ Opis, & Aſia Deiopeia. — Diffinitio
Et tandem poſitis uelox Arethuſa ſagittis. — amoris
Inter quas curam Clymene narrabat inanem — Decorum
Vulcani, martiſqꝫ dolos, & dulcia furta. — ſeruat.
Atqꝫ chao denſos diuum numerabat amores.

Carmine quo captę, dum fuſis mollia penſa
Deuoluunt, iterum maternas impulit aures
Luctus Ariſtei, uitreiſq; ſedilibus omnes
Obſtupuere, ſed ante alias Arethuſa ſorores
Proſpiciens, ſumma flauum caput extulit unda
Et procul, O gemitu non fruſtra exterrita tanto.
Cyrene ſoror, ipſe tibi tua maxima cura
Triſtis Ariſteus Penei genitoris ad undam
Stat lachrymans, & te crudelem nomine dicit.
Hinc percuſſa noua mentem formidine mater.
Duc age, duc ad nos, fas illi limina diuum
Tangere, ait, ſimul alta iubet diſcedere late
Flumina, qua iuuenis greſſus inferret, at illum
Curuata in montis faciem circumſtetit unda
Accepitq; ſinu uaſto, miſitq; ſub amnem
Iamq; domū mirans genitricis, & humida regna
Speluncíſq; lacus clauſos, lucoſq; ſonantis.
Ibat, & ingenti motu ſtupefactus aquarum
Omnia ſub magna labentia flumina terra
Spectabat diuerſa locis, Phaſimq;, Lycumq;.
Et caput unde altus primū ſe erumpit Enipheus
Vnde pater Tyberinus, & unde Aniena fluenta
Saxoſumq; ſonans Hypanis Miſuſq; Caicus
Et gemina auratus taurino cornua uultu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum uiolentior influit amnis
Poſtq; eſt in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum, & nati fletus cognouit inanes

Phaſis col
chidis flu.
Lycuſ aſię
Enipheus
Theſſaliæ
Tyberiſ&
anio Italię
Hypanis
ponti Cai
cus Miſiæ
Eridanus
Italiæ q &
padus.

Cyrene, manibus liquidos dant ordine fontes
Germanę, tonſiſq; ferunt mantilia uillis.
Pars epulis onerant menſas, & plena reponunt
Pocula, Panchęis adoleſcunt ignibus aræ.
Et mater, Cape Meonij Carcheſia Bacchi.
Oceano libemus, ait, ſimul ipſa precatur
Oceanumq; patrem rerum, nymphaſq; ſorores
Centum quę ſyluas, centum quę flumina ſeruant
Ter liquido ardentem perfudit nectare ueſtam
Ter flamma ad ſummum tecti ſubiecta reluxit
Omine quo firmans animum, ſic incipit ipſa
Eſt in Carpathio Neptuni gurgite uates
Cęruleus Proteus, magnum qui piſcibus ęquor
Et iuncto bipedum currum metitur equorum.
Hic nunc Emathię portus, patriamq; reuiſit
Pallenem, hunc & nymphę ueneramur, & ipſe
Grandeuus nereus, nouit nanq; omnia uates
Quę ſint, quę fuerint, quę mox uentura trahantur
Quippe ita Neptuno uiſum eſt, immania cuius
Armenta & turpes paſcit ſub gurgite phocas.
Hic tibi nate prius uiuclis capiendus, ut omnem
Expediat morbi cauſam, euentuſq; ſecundet.
Nam ſine ui non ulla dabit pręcepta, neq; illum
Orando flectes, uim duram, & uincula capto
Tende, doli circum hęc demum frangentur inanes
Ipſa ego te, medios dum ſol accenderit æſtus
Cum ſitiunt herbę, & pecori iam gratior umbra eſt
In ſecreta ſenis ducam, quo feſſus ab undis

Mãtilia q̃bus manus terguntur
Sũt poculorũ gñ̃a

A deſcriptiõe pſonę narratio

Pallene Theſſaliæ ciuitas.
Trahunt̃ ad parcarũ colos alluſit.

Se recipit, facile ut ſomno aggrediare iacentem.
Prothei Metamorphoſis
Verum ubi correptum manibus uincliſq; tenebis
Tum uarię eludent ſpecies atq; ora ferarum.
Fiet enim ſubito ſus horridus, atraq; tigris
Squamoſuſq; draco, & fulua ceruice leęna.
Aut acrem flammę ſonitum dabit, atq; ita uinclis
Excidet. aut in aquas tenuis dilapſus abibit.
Sed quanto ille magis formas ſe uertit in omnes
Tanto nate magis contende tenacia uincla
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris, incepto tegeret cum lumina ſomno.
Hęc ait, & liquidum ambroſię diffudit odorem.
Quo totum nati corpus perduxit, at illi
Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura.
Loci deſcriptio
Atq; habilis membris uenit uigor, Eſt ſpecus ingēs
Exęſi latere in montis, quo plurima uento
Cogitur, inq; ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.
Depręhenſis olim ſtatio tutiſſima nautis
Intus ſe uaſti Proteus tegit obice ſaxi.
Hic iuuenem in latebris auerſum a lumīe nympha
Collocat, ipſa procul nebulis obſcura reſiſtit.
Temporiſ deſcriptio
Iam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos
Ardebat cœlo, & medium ſol igneus orbem
Hauſerat, arebant herbę, & caua flumina ſiccis
Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant.
Cum Proteus conſueta petens a fluctibus antra
Ibat, eum uaſti circum gens humida ponti
Exultans rorem late diſpergit amarum.

Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore phocę
Ipſe(uelut ſtabuli cuſtos in montibus olim Cōparatō
Veſper ubi e Paſtu uitulos ad tecta reducit.
Auditiq́ꝫ lupos acuunt balatibus agni)
Conſedit ſcopulo medius, numerumq́ꝫ recenſet
Cuius Ariſtęo quoniam eſt ablata facultas
Vix defeſſa ſenem paſſus componere membra
Cum clamore ruit magno, maniciſq́ꝫ iacentem
Occupat, ille ſuę contra non immemor artis
Omnia tranſformat ſeſe in miracula rerum
Ignemq́ꝫ, horribilemq́ꝫ feram, fluuiūq́ꝫ liquentem
Verum ubi nulla fugam reperit fallacia, uictus
In ſeſe redit, atq́ꝫ hominis tandem ore locutus.
Nam quis te iuuenū confidentiſſime noſtras Protheus
Iuſſit adire domos? quidue hic petis? inquit et ille Anaſtro-phe
Scis Proteu, ſcis ipſe, neq́ꝫ eſt te fallere cuiq́ꝫ. Ariſteus
Sed tu deſine uelle, deum precepta ſecuti Eſt fallere
Venimus huc, lapſis quęſitum oracula rebus. ꝑ licet fal-
Tantum effatus, ad hęc uates ui deniq́ꝫ multa lere.
Ardentes oculos intorſit lumine glauco.
Et grauiter frendens, ſic fatis ora reſoluit.
Non te nullius exercent numinis irę. Prothei
Magna lues cōmiſſa, tibi has miſerabilis Orpheus uaticiniū.
Haud quaq́ꝫ ob meritum pœnas(ni fata reſiſtant.
Suſcitat, & rapta grauiter pro coniuge ſęuit. Obſcuri-
Illa quidem dum te fugeret per flumina pręceps us uates
Immanem ante pedes hydrum moritura puella. loquitur
Seruantem ripas, alta non uidit in herba.

At chorus ęqualis Dryadum clamore ſupremos
Impleruntq; montes,flerunt Rhodopeię arces
Altaq; Panchęa,& Rheſi Mauortia tellus.
Atq; Getæ.atq; hebrus,& Atthias Orithya.
Ipſe caua ſolans ægrum teſtudine amorem.
Te dulcis coniunx,te ſolo in littore ſecum
Te ueniente die,te decedente canebat.
Tęnarias etiam fauces,alta hoſtia Ditis.
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingreſſus maneſq; adijt,regemq; tremendum.
Neſciaq; humanis precibus manſueſcere corda

Pangeus tracię mōſ

Athis regio ē in q̄ erāt Athenæ.

Tenarus Laconię ꝓmōtoriū

Et cantu cōmotę erebi de ſedibus imis
Vmbrę ibant tenues,ſimulacraq; luce carentum
Quam multa in folijs auium ſe millia condunt
Veſper ubi aut hybernus agit de montibus imber
Matres,atq; uiri,defunctaq; corpora uita
Magnanimū heroum,pueri innuptęq; puellæ.
Impoſitiq; rogis iuuenes ante ora parentum
Quos circum limus niger,& deformis arundo
Cocyti tardaq; palus,inamabilis unda
Alligat,& nouies Styx interfuſa coercet.
Quin ipſæ ſtupuere domus,atq; intima Lethi
Tartara,cæruleoſq; implexę crinibus angues
Eumenides,tenuitq; inhians tria Cerberus ora.
Atq; Ixionei uento rota conſtitit orbis.
Ianq; pedem referens,caſus euaſerat omnes.
Redditaq; Eurydice ſuperas ueniebat ad auras.
Pone ſequens(nāq; hanc dederat Proſerpina legē)

erebus eſt ꝓfundiſſimus locuſ terræ.

Tenuit clauſit

Cum ſubita incautum dementia cepit amantem — Amans.
Ignoſcenda quidem,ſcirent ſi ignoſcere manes
Reſtitit Euridicenq́ ſuam iam luce ſub ipſa
Immemor heu uictuſq́ animi reſpexit,ibi omnis
Effuſus labor,atq́ immitis rupta tyranni
Fœdera,terq́ fragor ſtagnis auditus auerni.
Illa,quis & me(inquit)miſerã,& te pdidit Orpheu?
Quis tantus furor?en iterum crudelia retro
Fata uocant,conditq́ natantia lumina ſomnus
Iamq́ uale,feror ingenti circundata nocte.
Inualidaſq́ tibi tendens,heu non tua,palmas.
Dixit,& ex oculis ſubito(ceu fumus in auras
Commixtus)tenuis fugit diuerſa,neq́ illum
Prenſantem nequicq́ umbras , & multa uolentem
Dicere,prẹterea uidit,nec portitor Orci
Amplius obiectam paſſus tranſire paludem.
Quid faceret?quo ſe rapta bis coniuge ferret?
Quo fletu manes,qua numina uoce moueret?
Illa quidem ſtygia nabat iam frigida cymba.
Septem illum totos perhibent ex ordine menſes
Rupe ſub aeria,deſerti ad ſtrymonis undam — Strymon
Fleuiſſe,& gelidis hẹc euoluiſſe ſub antris — traciæ flu.
Mulcentem tigres,& agentem carmine quercus.
Qualis populea mœrens philomela ſub umbra — Cõparatõ
Amiſſos queritur fœtus,quos durus arator
Obſeruans nido implumes detraxit,at illa
Flet noctem,ramoq́ ſedens miſerabile carmen
Integrat,& mœſtis late loca queſtibus implet.

tanais flu. Scythiæ. Nulla uenus,nulliq; animum flexere hymenęi.
Solus Hyperboreas glacies tanaimq; niualem
Aruaq; Riphęis nunq; uiduata pruinis.
Luſtrabat,raptam Euridicen,atq; irrita,ditis
Dona querens,ſpretę Ciconū quo munere matres
Inter ſacra deum,nocturniq; orgia Bacchi
Diſcerptum latos iuuenem ſparſere per agros.
Tum quoq;(marmorea caput a ceruice reuulſum
Oeagros uir ſiue fluuius pr̄ Orphei Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret)Euridicen uox ipſa,& frigida lingua
Ah miſeram Euridicen,anima fugiente uocabat.
Eurydicen toto referebant flumine ripę.
Hęc Proteus,& ſe iactu dedit ęquor in altum
Quaq; dedit,ſpumantem undam ſub uertice torſit
At non Cyrene,nanq; ultro affata timentem,
Nate licet triſtes animo deponere curas.
Hęc omnis morbi cauſa,hinc miſerabile nymphæ
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis.
Exitium miſere apibus,tu munera ſupplex
Napęe & driades idem. Tende,petens pacem, & faciles uenerare Napęas
Nanq; dabunt ueniam uotis,iraq; remittent
Sed modus orandi quis ſit prius ordine dicam.
Quattuor eximios pręſtanti corpore tauros
Depaſcūt actiue. Qui tibi nunc uiridis depaſcunt ſumma Lycęi
Delige,& intacta totidem ceruice iuuencas.
Quattuor his aras alta ad delubra dearum
Conſtitue,& ſacrum iugulis demitte cruorem

Corporaqꝫ ipſa boum frondoſo deſere luco.
Poſt ubi nona ſuos aurora oſtenderit ortus
Inferias Orphei Lethęa papauera mittes
*Orphei datiuus eſt*
Et nigram mactabis ouem, lucumqꝫ reuiſes
Placatam Euridicen uitula uenerabere cęſa,
*hypallage .i. uenera=tā placabiſ*
Haud mora, continuo matris pręcepta faceſſit
Ad delubra uenit, monſtratas excitat aras.
*Repetit homericō more non ſuo.*
Quattuor eximios pręſtanti corpore tauros
Ducit, & intacta totidem ceruice iuuencas.
Poſt ubi nona ſuos aurora induxerat ortus
Inferias Orphei mittit, lucumqꝫ reuiſit.
Hic uero ſubitum, ac dictu mirabile monſtrum
Aſpiciunt, liquefacta boum per uiſcera, toto
Stridere apes utero, & ruptis efferuere coſtis
Immenſaſqꝫ trahi nubes, iamqꝫ arbore ſumma
Confluere, & lentis uuam demittere ramis.
*Metaphora.*
Hęc ſuper aruorū cultu, pecorumqꝫ canebam.
*Cōcluſio Georgicō*
Et ſuper arboribus, cęſar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello, uictorqꝫ uolentis
Per populos dat iura, uiamqꝫ affectat olympo.
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudijs florentem ignobilis oci
*Apocope*
Carmina qui luſi paſtorum, audaxqꝫ iuuenta
Tityre te patulę cecinit ſub tegmine fagi.

Phorce.M.D.VII.

1507

GR. BAD. HOF- U. LANDES-BIBLIOTHEK
KARLSRUHE

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

D
515

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg